

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

11 Reden der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420,4

Rinck, Christoph Friedrich

[Karlsruhe], 1801-1804

11 Reden

[urn:nbn:de:bsz:31-99852](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99852)

1.

Director Gravissime!
Socii Condecoratissimi!

Sapienter & benigne, hominum quisque, ut gauderet
atque fruere felicitate a Deo prospectum est; quare
et ipse naturam nostram, ad vitam consociatam com-
posuit, qua & potentius & validius nihil, nec, ad felici-
tatem promovendam, quidquam ^{equi} ~~facile~~ momenti habet.
Nam, - quibuscum communicare possumus, absentibus,
bonorum nec ullum, gaudia nulla aequa dulcia grataque
nobis evenirent; - nimia gravis calamitas, diruove

J. S. P.

Dolor nunquam levaretur, - leniretur, arumnis
 subcumberemus. Inculta ingenii facultates ja-
 cerent, in nobis pura Dei notio abstrusa profecto
 lateret, ni conjuncti viveremus, - nec non pra-
 clara animi virtutes, nisi illas exercendi locus
 esset, & misericordia & bene aliis faciendi studium,
 amicitia & amor imo in pectore dormitarent.
 Germinans periret amor, quem & minimus vermes
 corpore qui humum verrit, et animalium perici-
 pit maximum, quo vel tenella fruitur planta.
 Per omnes sentitur naturas, puriore vero ho-
 minem tantum creationis principem ratione
 exornatum, amore frui, mitis Deus destinavit,
 integerrimas quin, Coelestes qui voluptates nobis
 praebet, terrae quam maxime sterilem angulum
 qui in suavissima arva transformare, terram
 qui divinam reddere potest. Quid enim jucun-
 dius in rebus humanis, quam amari, nec minus

13.
mare. Et illa ab Immortali nobis missa solatrix, —
— amicitia nos destitueret, qua praeter innumera, quorum
nos participes reddit, gaudia & delectamenta, alterno
convictu, dulcius quo nihil, fidoque pectore amici, in
quod & lata & tristia reponere quimus, nobis dat la-
tari. Quam pronos ^{penique} ad beneficentiam atque miseri-
cordiam efficiunt nos amor & amicitia? Quot nobis
amicissimos illis duabus virtutibus comparamus? ad
tu, alia via, difficillima multorum ad pectora pertin-
gimus. — Deficientibus his conditionem nos-
tram, qualem fore censetis? — Miserrimam certe,
nihil nos hujus terrae juvarent bona, si aliis im-
petiendi occasione careremus, — nihil vita solitarius
peragenda, tormento enim saepius, ac oneri foret.
Ratione praeditus homo sine omni educatione bru-
tum non evadere non posset, et nobiles ingenii
indoles, quibus ille hoc ante cellit, perirent neglectae.

Quod vero ne unquam accideret sapientissime
 Deus curavit; - Hominis quippe naturam
 contemplantis, atque perscrutantes, ubicunque
 facultates viresque nos invicem adjuvandi,
 & in pectore impulsam animadvertimus,
 in justa virium exercitatione qui sumam percipit
 voluptatem, qui in eo ut errantibus rectam mon-
~~strat~~ ^{strat} viam, grative quid aliis faciat, - ac-
 quiescit. Quam felices itaque mortales huic of-
 ficio semper satisfaciendum esse quirent! —

Pace perpetua, aureaque ^{faberentur} illa ^{etate} in qua vin-
 dice nullo, quisque sponte sua, - sine lege fidem
 rectumque colebat, - ab aliis improbandum ne-
 mo committeret facinus, in virtutibus exerce-
 dis alio alius & exemplo & incitamento esset.
 Omnia in cuncto universo consentirent, vitio-
 sus harmoniam nullus interrumpere sonus.
 Sexcentos non infelices videremus, millia lee-

christi marum doloris atque moestitiae ^{non} volverentur per ora
 volverentur, pia tantum gutta rigarent genas, — virtute tan-
 tum peractae, effunderentur gaudii atque amoris lacrymae.
 Sed, quod discordia tetra belli ferratos postes portasque refrin-
 gat, quod, antea pacis amantem, armatum, telis sangui-
 nariis exstructos, alius aliam impugnare videatis, curvae
 quod rigidos, saltus, conflentur in enses — qua aribus
 canoris novissime adhuc resonabat, quod vallis amoe-
 na armorum nunc resonet strepitu, — qua in re causam
 fam requiritis? — Improbae cupiditates, violenti af-
 fectus, animi motus incompoti! miseria quante, quan-
 tas hominibus calamitates infertis! Generosa quidem
 e numine hominum pectori insita, quam in pejus
 abivistis propensiones, quam infelices, qua eum beare
 eberetis, mortales redditis? — Vos merito de belli violenti
 causas impias esse quis est qui non censat? Quantum bello
 momenti insit, quod et ex eo civitatum quin totius generis
 et for humani integritas & salus pendeat, cum ex nonnullis anis

heu nimium experti simus, quantasque convolu-
 tiones atque imutationes in regnis proferat, qua-
 tidie quam videre liceat accuratius ejus causas &
 vitia & motus per vestigandi accuratius, opera
 pretium puto. Quare Te aſſente, Director Gra-
 viſſime! Tuoque pace & Vobis permittentibus, So-
 dales condecoratiſſimi & cauſas & naturam belli
 etque martem horridum conſequuntur, equan-
 tum potero perſpicue ordinatęque exponere
 diligenter ſudebo. — — — — —

Mars truculente! homicida! gentium terror! Diris affecti-
 bus gnate! qui conſociatam vitam, vinculum, quo
 amicitia, virtus, feliciterque vivendi amor mortalis
 cinxit, potens ac validum, dirimis, quibus cum te truce
 & torrum & nefandum fatio pingam? Ubi colores
 peniculum ubi fumam? Imperitandi aviditas, [ma-
 cipus, gravis cupido] natura leges utrum ignoras, an
 deſpicias neſcio, quod non exhorreſcas, ſexcentis fu-

scribo

neribus tibi extruere; tot, quorum nec ulli quidem vitam
 dedisti, quod interfecisse novergas? Te sociamque tuam
 ambitionem iniquam, infelices quae in odium condemnat
 homines, atque in eorum cadem cogit, quos nescio an prius
 sibi cognitos, mutuo amore se invicem amplexos haberet
 sent, quos vero hac vita peracta, sincerissimo certe com-
 plectentur, quia tum, nec de amore nec de odio, neque
 de misericordia neque de amicitia, nullum hominis
 imperium decernit. Tyrannum modo stolidam gloria
 cupiditatem decet, sexcentorum mortem vitamque
 juxta affimans lauri frondibus et sanguine cretis
 frontem ornatura, bellum novum, ubi virtus enitescere
 possit, qua exoptat. Et tu sacra auri fames, quo
 non mortalia pectora cogis? - Sordida avaritia!
 quot eheu sub regimine tuo! Et princeps & plebejus
 sapissime tibi inservit, quoniam multas spes divitiarum
 possidentes magna rentur sibi felicitate. Quare, inu-
 merabilium civium cruore terras quod sibi acquirere
 studeant principes, quod miremini non est? - - -

Civium sanguine, qui eadem fuerentur felicitate
 qua ipsi, pro divina voluntate, nullo pretio quorum
 vitas redimere possunt vilis auri oistas quod
 emant. Imprudentes avari! emolumenta
 rum millia profundunt, unius fructum ut
 perciperent, soli pedem lucratur, magnam ter
 ree partem tepido inquinant cruore. Sedu
 litas tot viventium per diem forsan praestup
 quod neque proliando nec tot caesorum corpo
 ribus consequantur per annos. Flac avaro
 rum natura, quorum simillimi qui veneri
 inserviunt prava foedeque, quibus voluptati
 corpus anima oneri est. Amatricis blanda
 causa, hi molles fortium heroum vitas, aqua
 instar profundunt, nullius pretii estimanda
 lentos in aliorum miseriam, clementia mites fugit
 comitantur agilis levitas atque ferrea animi duri
 ties, inanes effundunt supplices matres lacrymas,
 quibus principum libido filias pias quin unicam erit

puit. Talium morum principes, quos recte facere, recte
 faciendo docere cives suos oporteret, num bonis artibus
 exercere imperium censetis? Nonne potius civitates
 suis cupiditatibus inficient & imbuent ipsi exemplo
 pravissimi? Nam licet videre, si velis replicare tem-
 porum memoriam, qualescunque sumi civitatis viri
 fuerunt, civitatem talem fuisse, & quacunque muta-
 tio in principes extiterit, eandem in populo secuta
 ram. Quorum in regnis perturbata omnia atque
 labefactata non esse non posse, quis est, qui miretur?
 quo fit alienis ut regnis, arva in quibus civium in-
 dustria florent atque virtutum certamine [pulcherrimo
 sane populique prudentis dignissimo] res et publica & pri-
 vatae optima gaudent conditione, pubertasque incorrupta ro-
 bustaque viget invidentes, ad spectus infuetos diu perfeccione-
 queant, talis vitae principes. — Quare diu iam occultis
 infestis consiliis, quam illi vel nefarii vel viri vix rixae
 dant occasionem, belli premunt invidia tumentes.

Monti flamivomo similes, qui albo in profundo
 ignem vastantem nutrit et celat, diu atque fillet
 accolas feros ut eo certius ardentibus llicibus
 et cinere obuat faxisque grandibus obdat, subito
 pacis amanti populo. superveniunt truci vultu,
 omnia vastaturi. Qui ipsis videbatur laesus ho-
 norem celeri pude vindicaturi properant, ami-
 camque rumpunt concordiam concordiam. Ubi
 pro pudore, pro abstinentia, pro virtute, aucta
 oia largitis, avaritia vigent, ubi pro continen-
 tia et aequitate, — libido atque superbia, qui-
 bus in se irritant kusneum genus, ubi pro
 pacis amore belli furor regnant, ibi flenda
 agricolis arma bella ibi tonare, atque omnia qua-
 ti discordia, non est, quod stupefcatis. Sexcentis
 non iterum videnda, pulora suos aurora colo-
 res vix explicat, jamque ad pugnam parata sunt
 millia in utraque parte; horror animum subit
 quoties ejus modi spectaculum recordor, sicut

in foecundo agro segetum calami undulantur; illa incenduntur; qui jamjam montes superat, solem pulveris nubes spissa obscurant, alternum exercitiis negantes prospectum. Nitentia tandem longi incendii instar, sensimque sibi appropinquantis sole collustrata, exercitus utriusque micant, quibus ob ingenii bona, multa praclari solleertissimiudem praesunt duces. — Ecce repente surgunt horrentia motu praelia, aciei tonitrua undique crepant, stridunt per aera onses, orbitas infanda crudelisque edes, signa cruenta moventur vento, — quale spectaculum hominum amanti! —

Cui tumultus iracundia & furor omnibus animis inharent, vultibus desperatio. — Nunc fortuna favire ac omnia miscere coepit, omnis fluctuat aere renitenti tellus, dubius mediis Mars creat in armis, imbris mortiferi instar ex tormentis fortium multos prosterntes, plumbea ac ferrea glandes mittuntur aeneis. Infessi inter sese saviunt animi,

qui ut amici concordisque vita onus levantes,
 sub leni pacis umbra consocianti amori
 indulgerent, a Deo creati sunt. Et quid est ter-
 rificum, quod innumera quotidie homini tormen-
 ta numinis voluntati contraria inveniatis?
 Vitamne molestant fatis cersetis? — Florens ju-
 venis demetitur atque profernitur, ut falce
 mesoris calami floreoque, ut rosam spiritate sua
 revellit tempestas, pulveres tecta, amplius sua-
 ves non edit odores, aliis rursus redeunte Phoebus
 patulis. Mars denique haud dubius nunc majorem
 sequitur virtutem, majorem vim, milites a suis
 dispersi mox cedunt mox insequuntur, neque fig-
 na neque ordines observantes, ubi quemque pericu-
 lum capit, resistit ibi sese defensurus, pars altera
 profugata denique multis amissis cedit pugnaque
 locum victori relinquit, cuius facies foeda ac

miserabilis est. Hostes amicis, moribundi casis, equi viris
 armisque permixti interjacent. Pallidi vultus, gra-
 visimorum dolorum gestus, stupentes extincti oculi
 supplices ad coelum versa manibus, precis promptura
^{ora} precibus, membra contrita, corpora trunca, gestus cupidita-
 tatum quamcunque exprimentes, atque horribile quidquid
 conspici potest. Illic infelix incurratur, inanes preces con-
 servationem petentes emittit funeribus oblectus, Nimi-
 cantia agmina ejus corpus obterunt, equi fremantes
 qui agros seminatos quatunt, quem in pulvere non
 animadvertit sicut vermem viator, & vivorum et ca-
 forum jacentia corpora conculant. Argenteis capil-
 lis cruce infectis jacet illic venerandus senex, pater
 fortassis erga liberos aequus pius suos, ac, cui animum
 juvenis vigoremque dedit patris amor fortis heros.
 Juventutis flore qui gaudebant, ibi moerore pressus, pater nator ca-
 dentes manu excipere nequit, nec, qui amicum vitae ut faceret spem

finem, obtritus obsecratur semianimis voti ~~non~~ damna-
 tur. Sol miserrimum tot prospiciens lugubribus nubibus
 involvitur paullo ante clarissima luce fulgens, terrasque
 tenebris tradit. Pavore inde viator percollitur atque me-
 tu riget, quæ in se versus meat viaque antea haud ig-
 nota aberrat, dubiis quæ tendat, ~~horrid~~ iter titubante
 antea mesuri circum, punic funeribus dispersis obstitit
 reperiens, horret, pavide circumspicit perturbatus ob in-
 tum planetum gemitumque, e vita discedentium, gessit
 li gradu regionem funestam fugit pedemque retrahit.
 Quocumque spectemus, lacryma pia manant, patres
 de filiis amici de amicis conqueruntur, de conjugibus
 charisque natis trepidantes matres atque uxores. —
 Alii parentes alii liberos tremulis vocibus requirunt, hi
 illorum illi horum obitum lugent dolentque. Inconso-
 labiles filia patres amplexaturas protendunt manibus
 retrechuntque inanes frustra solvantur in lacry-
 mas, vacuos effundunt fletus, victimarum ex sepul-
 chris mors atra nullas reddit. Urbes incendio su-
 mant, oppida discumbunt prostrata dirutaque, inco-
 lis ac defensoribus monumenta suis. —

Sicut hyeme orta, maris fluctus oppositam molem perrempunt, per-
 videntes aestus sese volutant fluctuantes, campos, fugientem insecuturi
 rusticorum, urbes & vicos secum proripiunt, sic vastantia agmi-
 na per campos incidunt. Intra qua in pace floruerunt, sanctam
 pudicitiam feri cavillantur milites, trementes focis pelluntur
 senes suis, ardentes quibus flamma imposta gelida eorum mem-
 bra foverunt, casisque simplicibus, quas incolere majores.
 Nec aratrum trahentis bovis, nec arantis vita parcat rapax
 bellator, - aratrum desertum porcis nondum perfectis inhae-
 ret. Quas agricola laboriosus in horream collegit sege-
 tes, bellum flammis ^{alte} lucentibus devorat, nec campi, per
 quos nunc celeri passu fertur peregrinator, aestatis tem-
 pore apparente, inculti, graminibus lolisque obducti
 falciis vocem resonant. Desertos agros contemplans
 ruriicola, cura de victu vexatus lacrymis obortis
 devorans bellum obtepat, infelicitum sanguinem
 orbis lacrimas quod potas, & dei et humana opera
 manus extinguit spectaculo ipsi. Sonipes, qua non
 contundit, qua aut secum ferre aut abducere nequit
 injustus miles, perdit flamma hospita, atque insontes cre-
 mat casus. Caritas, famis pestisque insequantur bellum,

quod templa, [Nihil enim ei sanctum ac venerabile
 est] incendio delet, quin contra Deum ipsum arma
 vertit. Aras in quibus paulo ante Thurea grana
 halabant, profternit. — Sacri nunc silent chori,
 et genua ubi flexit pius, coelum versus ubi complica-
 tas, manus extendit, ligati ad praesepe quatiunt nubes
 ibi equi, sanguine madentes mors ibi colligit vi-
 ctimas, ubi convenire precatores. quo in loco
 Deum venerati sunt, profanata ad aras basin
 dira deprecationes, juramenta^{*}que exaudientur.
 Violata luget suum juvenem sponsa, conjugem ma-
 rita, quem sacerdotis sacrata manus atque sacramen-
 tum inviolabile secum indissolubili vinculo tenace con-
 junxerunt. Nulla salus bello, quicumque vestrum
 exclamabit Te Pacem poscimus omnes. Praeter haec
 belli detrimenta, de quibus jam locuti sumus, pro-
 ter hos belli exitiales effectus sexcentos adhuc refer-
 re, atque Iliade prolixius enumerare possem si-
 gulos per vestigaturus, est tantum de quibusdam
 adhuc vobis permittentibus Director assumat forma.

Sciique condecoratissimi! nonnulla verba faciam.
 Sanguine qui foedas gaudet habere manus, martem omnis
 cum fugiat etas & adolescentulus & senex, quid mirum
 quod & virgineus musarum ^{choros} ~~genus~~ sacra parnaso juga
 colens illum vitet, strepitusque armorum perferre nequeat.
 Veram moralitatem puramque in quibus docuere professores
 faceti, auditoria vel militum ^{compotationibus} atque eju-
 latu, vel gemitu sauciorum dirisve execrationibus reso-
 nant. Sterilis agri instar ingenium haud amplius
 colitur, artes atque scientia inde exulaverunt. Nec
 tamen meliores, deteriores potius [quod certe miserimum
 puto] sapissime evadunt hominum mores, maculum
 licet minimum in quibus remanet, quod vero caneri in-
 star tardius quidem, est semper semperque latius serpit.
 populumque fumo felicitatis fastigio praecipitem demitte
 re potest. Agresti enim incorrupto novisque intento,
 pravus miles ignota haecenus vitia jactat, qui amoe-
 nitatem tantum luxuriamque cupidis oculis haurit
 nefanda vero, quae illa sequantur haud animadvertit.

Apud immodicam tabulam belluonem deperire, ex
 redundante poculo mortem sibi bibere haud vi-
 det, Bacchi ~~que~~ ^{qui} fervum, innumeris tabeficis mor-
 bis Voluptuarium mollem vitam ipsi abrumpere
 haud intelligit ad imitationem propensus. -
 Post fructum vero graviter sentit eorum effectus,
 amissamque desiderans recuperare studet quietem
 qua ut ^{suus} ~~spis~~ umbra occidente sole eum fugit
 ut Tantalus labia arentia, semper petita unda.
 Multa e contrario bona et bello efficit, qui
 infitietur, quis est? Religio virtusque apud
 homines insolenter tumentes nullius pretii, nul-
 lius momenti, - toties aspernata! facilius stul-
 torumque ludibria, plurimis nomina vacua,
 omnibus refugiis interclusis maximetum et
 sola coelestem nitorem suum elevant. Illic
 desperans resistit, quem juvata sereni vultus, firma

confidentiae vir Deo sese permittens. Ille bonis amissis
 qui reliqui nihil habet, quo sese recipiat, virtutis expro-
 nunt demum ad religionem confugiens, via fumus voca-
 tam, coelum versus brachia tendere nititur - residunt;
 nescia precari labia in preces movere tentat, imota por-
 manent; atrox in ejus pectore oritur pugna; - futura
 vita spes [sola miseris ara] eum consolari nequit, quin
 animum eo verum corripit horror. Ardentes preces
 quas ille ad Deum mittit, dissimillimo sui, in quo re-
 ligio pietasque diffusa est, virtutem qui pectore gestat,
 mox invidet, mox, ad meliores credituras fruges, ut et se
 preces facere doceret, eum obsecratur obtestaturque.

Sic vel in durissimis arumnis et virtutis et religionis praesentia
 probatur sic ex aerrimis fortuna nubibus, cultori
 suo clari earum radii micant. Quantum vero ani-
 mus atque ingenium bello ~~lucet~~aretur quis est qui ignorat.
 Terra quin partes, quas oculo humano otium abscondidit
 inventit mars, quo ingenio hominis rerum naturam perz

scrutandam offertint. Fratrum suorum recentium menses, mores, cultura gradum rei publicae formam, leges institutaque, totamque locorum naturam disquirere seculus investigator haud moratur. Quanta ne animus nobilis opeo consequitur? qui rerum harmonia, ordine atque pulchritudine captus, infinitas naturae facies variasque aspiciens Numinis bonitatem sapientiamque celebrat, inque admirationem resolutus ad Creatorem universi evahitur. Fratres nondum visos complecti gaudet, atque eorum naturam incorruptam perlustrans, propensionum atque affectuum emendationi elaboraturus semper meliorem evadere ex omnibus viribus studebit.

Quot demique Dilectissimi amici! quot scientias artesque Mars horridus profert? Quoties villarum

ope barbarorum feros emollit mores! —

Ast belli emolumentis quantum ~~pro~~ praestantiores atque ponderosiores sunt divina pacis artes! — Vitam beatas artes qui inoenerunt, sacrum illorum cinerem reverentur; eorum opibus fausta quaecumque imprecamur aratro qui priores scisso terra dorso semen imisit, aureas gazas fami sedanda prolaturus, horridis e regionibus altis e sylvis provocantibus homines in civitatem bonis sapientibusque legibus instructos redacturus benedico. Felices illos qui optimo cuique imperium tradiderunt, cuius virtutes maxime insignes fuerunt! — Beatos populos qui magnanimo eodemque pio utuntur principe. cui placidum atque tranquillum esse et injurias et offensiones despicere proprium est; qui haud secus ac propriam, civium curat salutem, qui ad Scipionis exemplum unum servare civem, quam mille hostes

occidere mavult. Et principem in civitatem,
 qualem sibi Deum vult, qui non amaret
 summa reverentia non coleret, amoenum ipsi
 dierum multos vesperum, multoque adhuc la-
 tos años qui non exoptaret quis est? Nos
 felices, ita et agit et vivit Princeps noster reveren-
 dissimus nobiscum. Sub eius imperio florent vi-
 gentque omnia, florent scientia sub auspicio
 clarissimorum doctorum virorum, vigent res
 domestice sub eius regimine, cui et bonum et
 equum divitiis carius est. Securus agricola
 terram colere potest, patiensque moerenter, libera-
 tur ab omnibus calamitatibus. Et nos in atis
 belli tempestatibus obnoxi fuimus, sed ille huma-
 ni generis civiumque amantissimus mox pacem
 particularem nobis comparavit, ut nos hostium

furori eriperet, nobisque laetos reddidit,
 Ast nunc ades aeterno complectens omnia nexu, pax Germa-
 nia universalis, a Deo ter optimo nobis missa, qui tandem
 nos voti damnavit ardentissimas precibus exauditis.
 Prodit ab aethifero tandem optatissima coelo laqueo-
 la placidas redimita comas, gaudeamus in posterum
 divina pace, Socii honoratissimi! qua vigent & ar-
 tes & scientiae, Deoque sumo gratias quas posu-
 mus maximas agamus, ~~et~~ ^{quod} nunc quietis atque se-
 curis in musarum coetu studiis animum sub auspi-
 cio Directoris Gravissimi viri doctissimi excolere
 nobis liceat, quod nunc laetus aratrum gerens agri-
 cola cantet, quod laetus lituo canat suo securam
 gregem agens pastor tempore verno, eo in loco,
 quo antea tuba claxerunt, tympana remugie-
 re ad arma militem vocantia, quo acies steter-
 unt, quo praelia commissa sunt. —

cireto
 amari
 num
 e ad
 qd
 for
 floren
 lib
 vigen
 bonum
 agric
 enter
 os
 ille
 pro
 eos

Prepetunt a sonetas, quas reliquere arbores
 cum teneris liberis, joculanturque in ramis
 aves tectaque parant, dulcique modulami-
 ne [diu insueto] mulcent viatoris aures, virgul-
 taque avibus canoris resonant. Quas bellum
 vastaverat urbes, denus adificantur, sollicitia
 laborque redit, atque rei familiaris bona conditio.
 Pax aurea fecit ut terris securus iter carperet via-
 tor, flavaque Ceres diligentia praemium messi
 pollicetur. Unda saliendo raucum per lava saxa
 murmur ciens, aentia prata temperat, cristalli-
 na serpens paullo ante sanguinea, mugientesque
 boves alto in gramine radunt. Omnia quo
 bellum nobis fecit vulnera mollis manus pacis obli-
 gat;

quare hominum quisque bonorum mecum exclamabit:

Claudite nunc Janum, fratres! sat regna biberunt
Sanguinis: optata tempora pacis eant.

Pax fecundat agros, pax mesoribus horrea rumpit,
Excipit & pleno dulciora musta lacu.

Pace tuba lituique silent, & rustica pubes
Distringit patriis arma recocta focis.

Omnia pace vigent, cocant in focibus reges,
Terrarum vultus protinus alter erit.

Nunc genus humanum profitis sibi consulat armis
Inque vicem gens omnis amet. — .

[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]

Ex summa Directoris Gravissimi benevolentia

De
Bona valetudine, octavo Calend. Augusti
habitam orationem,
insepsit

Christophorus Leichtlen Theologiae Studiosus.

MDCCCL.

Se

tute
tim
boan
adom
loben
ingen
Aper
gent
fi a
tam

Director Gravissime!
Socii honoratissimi!

Stultitiarum innumerabilium, quibus cum in juven-
tute poenitentiam ac conscientiae morsus in senectu-
tem coacervamus, nulla forsan tanta est, quanta
bonae valetudinis neglectio, quae est magnum id bonum
ad omnia quaecunque vitae nostrae officia ejusque de-
lectamenta adeo necessarium bonum, ut, haud minus
ingens facinus quam stultitiam esse, contenderim, si
id perturbamus. Ast quidem, juvenilibus viribus vi-
genter si laeta alacritas nosmet excitat, oculus
si ardentis ignis instar fulget, vix credimus, quan-
tam corporis infirmitatem, senectus nobis imponit;

Vix nobis persuadetur, nervos quam validissime
 nunc intentos, ac omnes nostras vias ante tempus
 opportunum, prius quam senectus alta adreperit,
 jam jam posse frangi et relaxari. Sed summissima
 quoque valetudine, qua niti posse confidenter puta-
 mus, fruenter, assiduam tamen illi curam adhibea-
 mus necesse est, ad eam conservandam; undique enim,
 ut defruant illam, accurrunt insidiatores; nunc te-
 meritatis causa amissa, nunc ab incompositis volup-
 tatiis ac impensioribus affectibus venenata est et ab-
 rupta. Nec est, quae tali modo perit salus, ut forsitan
 opinantur, praeter volans nullius momenti malus
 corporis habitus, aut levis aliqua afflictatio, immo
 perturbatur corpus, morbidaque corrumpitur tate,
 quae, quo minus felicitate, quae mortalibus contin-
 git, fruatur, hominem impedit, et horribilem in
 modum morti tradit. Vix crederes, hominem eo us-
 que labi, ut ipse sit auctor morbi quae aequae in ani-
 mum ac in corpus diffunditur; Infirmo enim cor-
 pore affecti et cogitamus et iudicamus et agimus
 infirme ac languide; nulla energia, nulla virium
 intensio adest. Tristi moerore suffusi tempus te-
 nimus, cum laetis non hilares sumus, nec delec-
 tamur si gravioribus edocemur doctrinis; - aut-

Toritas humana oppressa et mens perturbata est.
 Sic nos considerantes cognoscimus, quantum intersit inter
 malam et bonam valetudinem, et quanti pretii haec sit,
 ac penitus eam aestimare discimus. Quascunque enim
 Delectationes et voluptates seu in natura, seu in artis ope-
 ribus nanciscimur, quaecunque in laboribus elevatio-
 nem sentimus, quocunque honore, gloria, auctoritate
 in summo etiam magnitudinis humanae fastigio collocati
 fruimur, quamcumque suavitatem et lactitiam ex do-
 mestica et sociali vita percipimus, omnia tamen haec
 emolumenta et gaudia sub salutis regimine tantum
 germinant, et sub praesidio illius crescunt, florent et
 augentur. Neque rex neque mendicus illa carere potest,
 et humillimus servus, qui ea gaudet maximo rege felici-
 or esse potest, qui, si illius expertus est, in somnis noctem
 pervigilat, perpetuo latus mutans adeo non quiete
 fruitur, ut jam Dies si illuxit, vigilans adhuc, defa-
 tigatus ac morosus, nec somno recreatus lectum relin-
 quere cogatur. Tanta valetudini vis inept et potestas
 ut illa non solum quodcumque bonum fatuum, acerbum
 et inane sit, velut vires vegetabiles sole fervente et
 humectante pluvia carentes. Certe magnum hoc
 bonum hominis ornamentum et gemma pretiosissima

in vitae corona dignum est, quod paulo accuratius
contempletur. Concedite mihi igitur aures pla-
cidas Director Gravissime et Socii honoratissimi,
atque permittite, ut de fabule et quidem, si ejus pro-
spantiam breviter exposuerim, de neglecta salutem
posthac de morbis quos fortuitum opus nobis con-
traxit, verba faciam.

Multum maximumque valet et pertinet bona vale-
tudo ad corpus nostrum et ad animum, ad negotia
sua et ad homines. Juvenis impiger sana sanguinis
succique vitalis circulatione praeditus et juvenili robore,
nervis adstrictis, comi vultu et fronte hilari ornatus, non
ne habet quod totam illius vim beneficam sentiat?
Omnis quaeque oriens lux, quae novis viribus instructum
eum excitavit, sole quotidie redeunte sui et animum, novis
conatibus subeundis, recipere permittit et laborum onus le-
vans ad molestias superandas eum adjuvat. Non ma-
nus recusant opus, nec ipse facile respirans corpus
lassum demittit, strenue contra opus diurnum
persequitur. Dulcis defatigatio ad frugalem et hactenac
coenam eum vocat, quam simplicissimus victus,
potus frigidus et cibus salubris decorant, qui
jucundiores illi sapiunt, quam pretiosissimae epulae

Tyranno. Molestissimum tandem laborem, si nocte cedit
 Dies, mollis novas vires nervis infundens somnus alle-
 rat, qui nec cupiditatibus foedis nec imaginationibus
 squalidis turbatur. — Influxit deinde bona valetudo etiam
 in animum. Serenus et alcer mens et socialis animas
 prompti sanitatis sunt comites. Salvo validoque homini
 Decore. Dupplici natura videt, solus is sublimes ejus vari-
 etates et pulchritudines sensibus percipere, suaves ejus
 variasque jucunditates apertis oculis perlustrare, ani-
 moque capere potest. Et innumera sunt ornamenta illius
 ac spectatissima, modo si anni tempestates^{orum} amoenitates
 in terra et Dei omnipotentis majestatem in tempestatibus
 consideres, si gravidarum nubium montes, qui sidera obte-
 quunt atraque noctediem obducunt, cumulantur, si mi-
 cantia fulgura per coelum feruntur, et inter evolulantia
 tonitrua serae aether effundit; Aut si siderum sublimitatem
 et imensitatem in universo admireris. Attonitus et numma-
 summum adorans stupes et frustra magnitudinem com-
 plecti audes. Imple animum coelestibus his intui-
 tionibus, et acrioribus oculis perlustra Dei opera,
 qui salvo sanoque corpore lactaris, tuis tantum incor-
 ruptis sensibus tuo tranquille pulsanti pectori
 grata et solatii plena sunt. — Foveo salus

Jere diffundit in negotia. Quaecunque suscipiamus,
 meliamur et peragere cupiamus, omnia tamen so-
 la illius ope prospere succedunt. Qui morbo laborat
 vel nimis sepius et infirmus est, quam ut finem ali-
 quam propositum peragere possit, vel nimis aeger et
 morosus, quam ut suscipere quid audeat. Ubique in pe-
 dala et offensiones incidit. — Bona valetudo deni-
 que in homines quoque influit. Modo qui magna valetu-
 dinis prosperitate gaudet ad omnia vitae officia fun-
 genda idoneus est, idoneus qui muneri suo satisfaciat,
 at aegritudine qui premitur saluti bonoque publico
 obstat, et comunem hominum felicitatem reprimat.
 Maxima sane tua est potentia salus, omnia haec com-
 moda tibi debemus, in te stat felicitas nostra, om-
 nes corporis animique necessitates maturescunt tua
 ope.

Nihilominus saepissime homo virtute et libera ra-
 tione nobilitatis haec emolumenta, pretium et gra-
 vitatem salvi corporis contemnit. Non prudentia,
 non virtute et boni rectique conscientia ductus pu-
 tiosum hoc ornamentum dedecorat, inconsultius ne-

gliquit et sciens sic deperdit. Saepe et frequentissime levitate
 proponit et libidinibus luxuriaeque venundat, quae
 nostris temporibus praesertim, multorum domesticos
 evasere. Coeci homines sumum pernicii fastidium
 ascendisse videntur, omnia enim, quae conspiciunt mo-
 ribus bonis et corpori perniciose exempla captant et imi-
 tantur. Ita terra affluentium voluptatum foedarum co-
 pia expleta et genus humanum adeo illis ad suetum,
 ut parum absit, quin effoeminatum circumfusis undique
 illecebris plane enervetur. Germania quoque heroum ali-
 quando patria, ne labatur in hanc molliem periculum
 est. Vix gens antiqua praesenti populo similis est.
 Ubi terrarum nunc, qui ambitionis expertes, pro patria
 vivunt moriunturque civitatis duces, ubi eam comunem
 libertatem, studiumque bono publico tuendo, ubi viros for-
 tes invenias, qui aurum argentum et divitias ignorant
 abundantiam luxumque contemnentis, mores simpli-
 ces, virtutem et bene merita majora aestimant quam,
 vanam speciem praebentes res, genus et familiam?
 Suffugere hae vitae palmae, exanuit majorum nostrorum
 fulgor et praesantia, nullae amplius aureae aetatis
 illius vigent reliquiae, nulla monumenta. O, nos

felices! nostra aetas si majorum exempla sequi vo-
 luisse. At alienorum mollium populorum mores et
 usus nulla prorsus salutis ratione habita recepit.
 Simulatio nunc et dolus pristinae sinceritatis et
 probitatis locum tenent, frugalitas et simplicitas
 antiqua in luxuriam et aviditatem abiit. Libido
 et intemperantia maximae hominum raptatrices
 perdidere aetatem nostram, affectus plurimorum
 agendi stimulis, corporis nostri aedificium suffode-
 runt. Ut in primo orta eam libidinem et cupidita-
tem expleat homo, stulte praecepto unum post alte-
 rum excipit delectamentum, undique voluptates se-
 bi oblatas captat, mentem decipit conscientiam, quae
 scelera exprobrat, et dulce libidinis venenum quam
 avidissime insonbet. Sic aliquandiu voluptatum
 mari inatati. Sed quae tristis mutatio e perturbatio-
 ne eum excitat, desit fluere fons, ex qua libidinem hau-
 sit, et exsiccatum est mare, cessavere opes; vires rela-
 xatae, flaccida membra, corpus devastatum dolori-
 bus morbisque affectum congemit. Et si qua, quod
 raro autem evenit, gravioribus morbis liberatus est

voluptatibus deditus, tamen inutile in rebus humanis membrum
 factus est; organa ejus et sensus hebetati. Non subridet ocu-
 lus marcescens, non movent eum artis opera splendidissima
 vix vultum ad illa attollit. Ita malis affecti, onere alio sunt
 et dies, quarum numerum incontinentia et foedis cupidita-
 tibus diminuere, tepido sanguine in varias rerum vicissi-
 tudinem, desidiosi terunt. Metuunt laborem, quietem quaerunt
 nec inveniunt, omnia enim taedio molestiaeque illis sunt,
 quia delicta sceleraque in memoriam redigunt. Praestan-
 tior quoque et nobilior hominis pars, conscia mens in
 crimen vocat et male facta ante oculos ponit. Angor et
 cruciatus conscientiae, et libidinum recordatio et vitium et
 curarum, quas obtinendis voluptatibus impenderunt,
 pectus corrodunt et furis haud dissimiles viscera dilaniunt.
 Ita, ferius aut citius libido vindicat scelera in effrenatis et
 graviter ulciscitur. Ita, acerbissimae plagae vitia excipiunt.
 Non ignorant eas homines, sed volunt ignorare et nihilo-
 minus salutem negligunt, quamvis multa umbris simil-
 lima quotidie obambulantia funera cernant, modici ad
 pallorem in ore, ad humi versos oculos, ad vultus decoloros
 et tabes in se putrescentium respicias et nervorum sine sen-
 su jacentium torporem et innumerabilia febrium genera.

Et quid alios referam morbos? omnes cupiditatum
 supplicia. — Imunes erimus ab istis malis, juvenes, si
 nondum deliciis soluti nobis imperabimus nobis mini-
 strabimus. Noscamus hominis dignitatem et intel-
 ligamus quam turpe sit diffluere luxuria, quam hono-
 rum, vivere continenter. Divina cum animis nos-
 tris origo sit tendendum ad virtutem, nec volupta-
 tibus terreni corporis inserviendum. Semper id ager-
 mus ut vitia quam longissime prope-
 riamus et a blandimentis voluptatum procul ani-
 mum abstrahamus — . Alter hominum va-
 statrix intemperantia in sumendis alimendis
 aequae ac libido exitialis est. Nihil adeo hominis
 naturam sub pecudes reliquas bestiasque dejicit,
 et abjectissimam eam reddit, quam credere, corpus
 rationis instrumentum ea tantum causa nos acce-
 pisse, ut serviamus illi et faginemus atque cibo
 per artem voluptatemque corrupto id emolliamus. Modo
 quae gulae indulgent sibi adducere in sumis votis tot
 millium deliciis perditorum est. Magnae opes in eum
 finem consumuntur, ex ignotis terris, extraneae po-
 tionis, et alienigena apportantur alimenta, nec con-

li sunt noxiis compositionibus domesticorum ciborum,
 qui simplices aut salubres et faciles victus aut reficien-
 tes utilesque potus sunt. Vehementia aliena potant
 vina homines, modo quasi, ut corpus consumant. Quin
 saepius ne acquiescant quidem siti iam sedata sed per-
 gunt donec vino obruti sint — absurdissimum est — quod
 lucrum, quae gloria est multum capere vini? O si sem-
 per ante oculos habeamus ebriorum indecora et dicta et
 facta. — Haud minus turpe ac perniciosum est, si plus
 sibi ingerit homo, quam capere potest, et mensuram stom-
 achi sui excedit, si mensae epulis aviditatem excitantibus,
 impletae accumbit et corporis sarcinam curat, qua animum
 ejusque agilitatem elidit et facilem concoctionem et
 dulcem somnum turbat, qui temperantem modo et absti-
 nentem reficit. Pronae praesecorum valetudinis robo-
 risque memores, frugalitati et victus atque coenarum te-
 nuitati studeamus. Sine apparatu sine blandimentis
 simplex cibus sedet famem, sitim simplex potio extinguit,
 nunquam plura concupiscamus et omnia quae cupia-
 mus simplicia sint. Vini abstinenti viro et seni id cedamus
 ut animet hunc et firmet illum. Ita si vixerimus, sicut
 optime, nunquam in vitium ruemus, quod dignita-

tem vilissimam reddit et salutem nostram delet. —
 Duobus his vitis cupiditatibus et intemperan-
 tia majorem hominum partem perire hactenus
 vidimus. Sunt quidem et alii affectus item salu-
 tis inimici, ira infecta scilicet, metus, nimium
 gaudium invidia abjectissima, et multi alii qui
 hominem morbis implicant. Nec non referendum
 huc puto, si nimis pertinaces ingenium perfidia
 agitamur et intemperanter mox intendentes vires max-
 remittentes corpus defatigamus et infirmum reddimus.
 Sed ne nimis diffusus sim omniam exponere haec.
 Ubique pulchra Ovidii sententia „medium tenere
 modum excede,“ valet et quod sapiens Seneca dicit
 praeceptum „sanam et salubrem formam vitae tenere
 memento, ut corpori tantum indulgeas, quantum bo-
 nae valetudini sat est.“
 Neque vero omnis fracta infirmaque valetudo, ipsis
 auctoribus, adjuncta nobis. Sunt status vitae inva-
 lidi morbidique, quas fortuitum opus, saepe jam
 vix natis nobis contraxit. Sed sunt quoque nulli adeo
 tristes et commiserandi status, quam haec hominis
 praecipue ingeniosi viri conditio, qui sub onere infir-

mi corporis gemit, quod infortunium illi adiecit. Totam
 per vitam saepius diuturnam patitur incommodam valetu-
 dinem, quae, quin ingenii vires dotesque exhibeat, prohi-
 bet. Consiliorum plenus, quae expedire nequit tempus in-
 utilis consumere coactus est. Evanescent vires exspectatio-
 nibus, quae efficaciae abest. Lactatus de cogitationibus,
 quas crastino die peragere putat decumbit, gloriam, quam
 paraturus sibi erit et gaudium de beneficiis quae aliis
 daturus est, animo praesentiens; nox vero spatium comitat,
 defatigatus surgit, spes lacta discessit, moerorem et lacticae
 loco tristitiam percipit. Miserrimus et flebilis nec per-
 ferendus dolor, nisi ~~sanctae~~ conscientiae conscius essemus — .
 Gratias vero habeamus optimo Deo rariora sunt exem-
 pla huiusmodi et percussae valetudinis, si penitius investi-
 gamus eam, plerumque nos autores accusamus necesse
 est, semper enim affectus nostri illius participes sunt — .
 Felices nos, quos non perturbant iudicio et voluntati
 fati cetera relinquamus, faciet quod fas est et aequum.
 Haecenus procul a morbis servavit nos remotos, et inte-
 gerrima salute lactati sumus, modo quod ad nos pertinet
 retinere nec deperdere eam fideamus. Deus fortunae
 rector det comitem eam vobis ad extremum usque

vitae halitum; saluum conservet praesertim opti-
mum nostrum patrem te, Director gravissime,
Vah. praepotens valetudo bona dierum reliqui-
as perge exhilarare et nunquam cede ab Illo.

Benignissimo Directoris Gravissimi
iussu,

de

Virtutis & Utilitatis Congruentia,
XVIII. Calend. Decembr. MDCCCL. habitam
Commentationem

in scripsit

Augustus Boeckhius Stud. Theol.

pr.

44.

Hu
ri
re
en
te
no
p
p
ce

Director Gravissime!

Socii Honoratissimi!

Pluribus vitae itinere proficiscentibus duae
viae obferuntur — sic voluit, quae nos et ratio-
ne et voluntatis libertate instruxit, Dei sapi-
entissimi providentia — et, qua incedere vel-
lemus, optio nobis delata est. Sicuti, qui in ig-
notis regionibus circumerrat viator, itineris si-
nem desiderat ac duas repente vias prae se con-
spiciens, consilii inops et utram persequatur, in-
certus haesitat; ita hic in virtutis scelerisque com-

posito homo positus, et a Deo benignissimo
dotibus, ipsum ad omnia, quae conatur, pro-
be consideranda accomodantibus praedi-
tus, alterutrius consilium est initurus.

— — Ah! ancipitem optionem! Utraque
via trita et vestigiis obsita; invitans, com-
moda, floribus strata, delectantibus fru-
gibus insignis ad sinistram via est, ac in-
numera multitudo triumphans, maxima
quaque voluptate summoque oblectamen-
to gaudens, eam incedit. Splendor et lac-
titia et voluptas magnam sane morta-
litatis partem attrahit, et ipsum quo-
que, ut multitudinem sequatur, adlicit.
Nam Ovidio iudice

— Trahit invitos nova vis, aliudque cu-
pido,
Mens aliud suadet; vident meliora pra-
bantque,
Deteriora sequantur. —

Angusta ac arida ferme ad dexteram semi-
ta inter scopulos rupesque, viduo ac omni
mortalium ope destituito viatori labores in-

gentes atque pericula minitantes, volvitur.
 Saxio asperis aequae, ac sentibus, pedes vulneran-
 tibus sparsa est et hinc inde tantum rosa de-
 serta, circumcirca dumetorum corona cincta,
 peregrinanti adnuit. Quis est, qui secum gra-
 viter luctantem viatorem ducat? Ubi vocem,
 quasi caelo emissam, cum ingenuorum, tam
 negandorum factorum conscientiae vocem, men-
 te concipit: Ne late expansam viam ingre-
 diare! Sceleris via est; quae, quamquam ille-
 cebris animum sollicitare videtur, tamen in
 aeternam ac inevitabilem perniciem abiicit.
 Fortis et animosus, rebus quamquam angustiis,
 maxime coarctatum virtutis atque probitatis
 callem vade. Laboriosus quidem et horridus
 tibi patet, nec ullam laborum compensatio-
 nem inilians via spectanti pollicetur et in-
 gredienti exhibet; quam autem, quum ne-
 quaquam desperans, et adgressus et perseque-
 tus fueris, ad sinem parventurum te iucun-
 da quies, hilarisque tranquillitas aeterna-
 que salus manebunt.

Beatus ille, qui hoc certamine nobilioris vo-
cis iussa facit, nec scelerum illecebris con-
sedit! Sed (horribile dictu!) plerique nefan-
dis voluptatibus capti, cupiditatibus cor-
rupti, neque consiliis, neque factis satis in-
spectis, ventis vel fulmine ocyores in perni-
ciam ruunt. — — Proh! infelices sensuum,
seruos, cupiditatum ac affectuum victimas!
Nihil tam sordidum est, ad quod non de-
scendant; nunc sui ipsi impotentes nulla stul-
titia, licet quoque quantumvis eorum dig-
nitatem minuat, se prohibere valent et sic
in calamitates ac miseras praecipites
irruuntur.

Tristis, turbidus atque vesanus tandem,
demisso capite, cito modo, modo tarso intes-
su, foedis, qui olim ut caeli lumina ful-
gebant oculis, et ex sanguibus, quae rose-
o quondam colore pergasae erant genis,
libidinofus circumit, et sese ipse tandem

miser atque egens consumit. Necessitates atque in-
 teritus minitans, uti tigris sanguinolenta,
 gloria affectator diu supra tot tantarum=
 que gentium fortunas atque innumero=
 rum populorum ruinas ingreditur, donec ad
 occisorum clamores et gemitus anxios, ultio=
 nem flagitantes animum refert et desperans
 in enssem incidit. Anxius thesaurorum futi=
 lium custos, maxima quaque urgente neces=
 sitate avarus se prohibet, angor et crucian=
 tes cura et insatiabilis, ^{avaritia} quolibet vitæ fructu
 rapto, antequam fato funesto fungitur, ani=
 mi sensus suffocant. Tum gravissima exc=
 secrationes, tum dirae mortalium detestati=
 ones infantium oppressoris vestigia premunt,
 et cum diu suppressa nefandorum conscia
 mens, atrocius tandem resurrexerit, tum
 innocentium violatoris spes et felicitas et
 animi tranquillitas una deperditae
 sunt.

Melius, qui utramque viam acri iudicio per=
 pendens, angustam denique semitam, ad Dei

solium abeuntem in it, sibi consulit sapi-
 ens: illam, cuius illic particeps futurus est,
 felicitatem praesentiens. Tacitus et solita-
 rius — nam pauci sunt, qui eum comiten-
 tur — contentus sibi que ipse sufficiens,
 cuiusvis amans, ingenuus ac probus labori-
 osam semitam prosequitur, et quamvis
 non magis vulnerato pede, quam faucio
 animo supra ingentium montium iuga sa-
 xosa et immensae profunditatis voragi-
 nes hiantes, miserum viatorem devorare mi-
 nantes ducit: attamen fortis et propositi te-
 nae pervolat, adeoque omnium malorum pa-
 tiens, ut ne mortem quidem timeat. Atque
 postremo fortuna fato respondente, ad scopum
 perveniens, vulnerum non solum mite so-
 mentum, sed etiam salubre unguentum et
 aureas, probe omnia perpesorum coronan-
 tes ibi reperit. Quare verissimum Poeta
 sapientis dictum est:

Utilitas quoties pugnare videtur hone-
 ste, ^{sto,}
 Ne dubitare quidem fas est, quin vincat ho-
 nestas.

O! Juvenes in virtutis scelerisque bivio confi-
 stentes! spinis obtectam virtutis viam eligatis
 quaeso, et malorum patientes omnes, quos non
 minus sapientissimi, quam benignissimi Dei
 manus in eam sparsit, perserte labores. Qui dedit,
 idem et submovens, quam fecistis iacturam, pro
 aequitate sua, summa aeternaque felicitate re-
 stituet. —

52.

Oratio de amicitiae praestantia,
 pridie Kal. Aug. habita
 et Gravissimi
 Directoris benevolentia iubente
 inscripta
 ab
 Aug. Poeckh S. Th.

[7. August] M D C C C II.

[Faint, illegible handwriting in the center of the page]

In
mal
ac
ut
vit
nem
fer
un
nar
pe

Director Gravissimo!

Socii ornatissimi!

In rerum natura quaecumque reperiantur, animalia plantaeque lapidesque, minimum aequè ac maximum creatorum, summa ope nituntur, ut quibus numquam aberrare, quae numquam evitare possunt, propriam destinationem fierent propositum assequantur, ac universi cum mortalibus tenet, qui rerum rector dominatorque, ad magna praeclearaque virtutem nempe et felicitatem destinatus, agit atque ha-

bet cuncta, neque ipse habetur. Et quem omnia,
 quae creata sunt, quod illis incumbat, pro viri-
 bus suis perficiant; num homo nobilissimus et
 unicus sui ipsius impulsu agens, perpetuo op-
 tet et contendat, nec unquam ad contentio-
 nis scopum perveniat? Num homo tantum
 nunquam satisfacere possit conscientiae suae,
 ipsi acclamanti: Ad celsiora sapientissi-
 mus te destinavit, ad celsiora, quam corpo-
 ra mortua brutaque animalia? Num om-
 nia circumcirca pro sua conditione perfe-
 ctissima fruuntur felicitate, & homo solus
 miser sit atque defectus? Nequaquam! Im-
 mensa est coeli benignitas! Mortalis, quem
 illius omnipotentia aeterno somno excitavit,
 dimidiam nondum laboriosam viam
 ad salutem emensus, quin relinquatur
 fieri non potest. Infinita est Dei be-
 nignitas! Facultates quoque, quibus sa-
 pienter utentes destinationis nostrae fi-
 nem impetrare possumus, animo inse-
 vit, et praeter ea non levem operam fert,
 ut, quem gravem de illo luctum subie-
 rimus, viribus ab ipso datis confisi, susce-

riores abeamus. Ad probatissimam regulam,
 cui nos adstringamus, ad sensa factaque
 nostra modo probanda, modo improbanda, instar
 verissimae ducis ad honestatem, ratione a
 Deo ipso profecta nos instruat; libertate nos
 gaudere, virtutis exercendae potestatem spe-
 nes nos esse persuasum habentes in opini-
 one sua confirmandi, bona malaque sum-
 ma iustitia aliquando retributum iri speran-
 tibus, eximiam spem augendi causa; et la-
 crymis obortis mox appropinquantem
 mortem spectantibus, lactiores scenas offen-
 dendo, dulce solatium praebendi gratia,
 ab illustri sede divinam suam reli-
 gionem misit; animum ad arduas res
 excitatum altius sublaturus, honoris
 stimulum tam firmiter nobis indidit, ut e-
 cui non posset; ne insignis animi corpo-
 risque vires desidiosa inertia relaxa-
 rent, cum studio assidue agendi ac inge-
 nua cupiditate ^{perfectiorem et felicitatem} magis semper augendi,
 mortalis natus est; et postremo, sive non
 satis validas, sive desessas vires ere-
 cturus, aliorum vi coniuncturus, & in con-
 iunctas summa et clementissima

beneficia collaturus, fidam ac famili-
arem amicitiam nobis donavit. Nunc ne,
que animo neque consilio destitutus, vi-
ator ad aëduam destinationem tendit,
propterea quod amantissimus frater simul
ite adgreditur: tunc manibus iunctis et
labores et pericula adveniunt, ac tandem quo
cupiere, eo perveniunt. Cuius verae amici-
tiae, optimi boni, natura paucis illu-
strata, eius necessitatem et beneficia
amicis contingentia perpendam. Dire-
ctor gravissime, socii ornatissimi! mihi
hanc rem maximi momenti mihi expe-
situro et juvenili indulgeatis ingenio
etiam etiamque oro.

Sera et ingenua amicitia mortalium bonum
est, quod corruptioni numquam obnoxium,
neque verno sub coelo degentibus, neque hi-
bernis imbribus vexatis, fortuna mobilis e-
ripere potest. Voluptatum, quas ex illa ca-
pimus, ea est natura, ut illis aliquando a-
nimus humanus reddatur beatior, ut illis
quoque alii, nobis longe praestantiores, quo-
cumque mortali corpore liberati coelesti,
que gloria circumfusi, frui possint at-

que laetari. Est enim amicitia invicem se
 amantium arctissima coniunctio, grata con-
 sensio, tranquilla concordia, pura dulcis.
 que conspiratio animorum ad perfectionem
 entientium. Quae quamquam ad animum
 potissimum spectare debet, tamen exter-
 na quadam, neque voluntaria gignitur in-
 clinatione, quae animorum affinitate in-
 timaque cognatione detectis, novum foedus
 praeparat et praeparatum parit. Sic
 contigit quondam foederi, quae historia pro-
 didit, omnium nobilissimo, foederi, quod
 a religionis nostrae auctore cum discipu-
 lis suis est ictum. Hosce primum tam
 incredulos viros, ni externa inclinatio il-
 los tanta vi corripuisset, ut resistere non
 possent, tam ardente amore divinum prae-
 ceptorem esse prosequutos, putaveris?
 At sicuti haec nisi saperit inclinatio,
 amicitia in eo, quo solet, agro, numquam
 potest germinare; ita etiam, quin in ar-
 borem robustam aucta floreat maturasque
 ferat fruges, nisi honesti, qui animis cog-

nitis, invicem se sunt amplexi, iis,
 dem regulis cogitationes factaque dirigen-
 tibus obtemperent, fieri haud potest: prop-
 terea quod instar diversorum elementor-
 rum, quae assidue luctantia nihil inten-
 tatum relinquunt, quo invicem se dele-
 ant, homines diversarum, quibus ad a-
 gendum impelluntur, rationum iussa fa-
 cientes, animis perpetuo repugnantibus, ne-
 que unquam reconciliantur, neque ad com-
 munes fines vires iungunt. Uti animal
 aut planta in suo elemento, sic in animo-
 rum cognatione amicitia gignitur, ad coe-
 lum tendit vigetque; non hgemer illam, ne-
 que imbres convellunt, aut labefactant: im-
 mota manet, aeternaeque durando posterorum
 secula omnia vincit. Sic priscus Romano-
 rum scriptor monet: „eadem velle & eadem
 nolle, ea demum firma amicitia est. Tran-
 quille animus in animum colliquescit;
 et invicem amici se reverentur: quibus pri-
 vata saepius iam laeta familiaritas nau-
 fragium fecit. Aut difficile putaveris, a-
 mico officium praestare, quod singulis ho-

minibus debes? difficile, amicum honorare,
 quem hominem aestimare, ius fasque iubent?
 O! noli tunc amicitiam vocare, quod illi te
 iungit! Quam nempe aestimationem quum
 sustulcatis, amoris ingenium ignem, divino
 afflata accensum, exstingues: amicitia e-
 nim, mutua veneratione deleta, nomen est
 iniuria vindicatum, fallax ludus, quo vel
 aliis dolum struimus, vel ipsi illudimur.
 Nemo alius curabit salutem, qui propter id
 tantum socium sibi adiunxit, quod eius
 ope finem propositum sese citius tutiusque
 esse assequiturum sperat. O! quam mul-
 ti, qui tam indignum amico sodalem na-
 tui vates:

Donec eris felix, multos numerabis amicos;
 Tempora si fuerint nubila, solus eris.
 Adspicis, ut veniant ad candida tecta co-

Accipiat nullas sordida turris aves?
 umbrae,
 Horrea formicae tendunt ad inania numquam,
 Nullus ad amissas ibit amicus opes.
 Utque comes radios per solis euntibus umbra,
 Cum latet hic pressus nubibus, illa fugit;
 Mobile sic sequitur fortunae lumina vul-
 quae simul inducta nube teguntur, abestque,

Neque indignum amico, acis, qui tam diu mo-
 do debitos illi praestat honores, quamdiu salu-
 tem eius terrenam adiurat, merito superbum
 puto, qui magna de se iactans, alium detre-
 ctantibus dictis laedens, capite elato, ore sper-
 nente, sodales despicit; qui pectus a iucundo
 complexu, ab audentibus oculis amantis vul-
 tum remoret, qui delicias, quibus, intimis ani-
 morum patefactis, amici laetantur ignorat. Prae-
 terea longe a tali coniunctione fiducia aberit,
 qua destituta mortaliu foedera quaeque eos neque
 tranquillos neque beatos reddunt, neque unquam
 egregium finem assequuntur. Ubi purissimus
 amor imperat, diffidens sordida consilia suspi-
 catur: ac sincera fratris monita vituperan-
 di stultium, serias adhortationes atrocem serui-
 tatem esse ratus, serius aut citius in discor-
 diam actis, qui nisi alter diffidus esset, con-
 sensissent, amicam manum repellit, quae
 per terras incolumem ductura, a scelere inte-
 grum defensura, suisque beneficiis erat au-
 ctura. At fiducia generosa Thesea fide pecto-
 ra iuncta ad res et excitat et corroborat,

quas animus demissus attonitus suspicit; a-
 mico fretus pro Damone magnanimus Pythi-
 as, in omne fas nefasque ruenti Tyranno
 vitam exstinguendam dedit: amico fretus,
 Acherontis metu excusso, caput securi sub-
 iecturus fuit: utrumque fiducia amicitiae
 ac serravit. Tanta vi constricti socii, quo-
 minus fortes probrigue atque tranquillii ad
 scopum viae per hasce terras secantis per-
 gant, ac amore ^{reuerentia} mutua fiducia praestitis, in-
 vicem se curantes, alius alium vigili oculo
 observent, quid est, quod impediat? An invi-
 cem se observare, illos non oportet? O! quam
 facile mortalis pravae corruptionis illece-
 bris deceptus, vera eaque tutissima ad salu-
 tem via aberrat! Sicuti viator, in aspera
 et saxosa via laboriosi itineris finem desi-
 derans, ubi vicini amnis navem velocibus
 agitatum velis conspicit, remisque frequenti-
 bus aquam verberatam, undarumque tacitam
 susurrum, lenesque ventos frigora afflantes
 audit, laetus ad illam tendit et ascendit na-
 vem, ac fluctibus, quo non cogitabat, in ma-
 re portatur: quod tumidis moe undis albe-

scit; procellis aequora crescunt, et velatur
 gida contrahere conantes prohibet imber.
 quid sit faciendum, ipse rector dubitat,
 sonat clamorque virorum stridorque ru-
 dentium, aetherque tonat: nunc acrior ven-
 ti incubat vis, modo ad arduum coelum
 attollitur rates, modo ad imum descendit
 mare: & postremo vel sylvibus immobilis ha-
 ret, vel rapida voragine absorbetur. Sic
 probum quoque interdum, quamvis invitum,
 sceleris flumen in altum abducit, et se-
 rius oculus deperderet, ni benigna manus
 illum ad littus subduceret. Quam manum
 erranti fratri amicum esse negatum
 illiunq; ab hoc repulsum iri, si ve-
 sus hunc velit repetere, num censes?
 Non ita se habet. Est eius amicus &
 homo: nihil humani a se alienum
 putat. Indulget igitur eumque adiu-
 vat, ne quibus amor illos circumdedit,
 tenera vincula rescindat. Et licet laetis
 fimos dies et gravissimam intentionem
 amici flagitet: tanta nullius rei cari-

tas est sapienti bonoque viro, quin illam
 officio immoletur. Quae postremo omnia,
 nisi malis, ut temporis potius ruinae obno-
 xia sint, quam in aeternis animis maneat
 in aeternum, ad honestos tantum fines
 socium tibi iunge. Nam sensuum modo irri-
 tamenta quaerentibus ubi satisfactum, u-
 bi denique nihil relictum erit, quod appetant,
 tam prompti socius disolvant, quam iunxerant.
 Et hoc quoque, non sit: o pravam mortalium
 mentem, concupiscere amicitiam, quam dedigne-
 ris, dedignari, quam concupiscas! At quoties
 tam miserandi homunciones, quoties avari
 duo idem petunt, quo tamen pervenire alte-
 ri modo licet? Quoties libidinosi duo eandem
 victimam sordidae cupidinis persequuntur,
 cuius ut potens sit, uterque frustra contem-
 det? Nunc vero quaenam spes aut fidei aut con-
 cordiae? Atque hi quidem haud raro aut plane
 diversis aut certe contrariis viis discedunt.
 Quaecumque hic ratione fortunas suas pro-
 ludit, patrimonium dissipavit, industriae
 subsidia et instrumenta virtutis in luan-
 ria atque audacia consumpsit; donec et re
 et fide deficiente, inopia oppressus cogeretur,

stipem colligere, ab hominum misericordi-
 a vitae sustentationem precari: temeraria
 ille manu [pudendum dictu] gazas cumu-
 lat atque rapit, raptasque trepidus obsidet.
 Sui impotentes aliis illi, hi neque aliis ne-
 que ipsis dominari volunt; aliis illi iniu-
 rias, hi ipsis inferre. Potestne in tam diver-
 sis mentibus pax aut amicitia esse? Sin
 autem amicitia concordia caret, quae de-
 bet non assequetur. Concordia vero, ut Sal-
 lustius statuit, parvae res crescunt, discor-
 dia maximae dilabuntur. Mortalium fa-
 vor, magnae divitiae, externi honores, Deli-
 ciae corporis, alia huiusmodi omnia flu-
 xa et fragilia; fortunae bonorum, ut ini-
 tium finis est: putasne, foedus esse pe-
 enne, quod illorum gratia est ictum?
 At integritas conscientiae, animi digni-
 tas, gloria praeclavis ingenii virtutibus
 comparata, voluptas, quam in veritate in-
 vestiganda et rebus insignibus gerendis per-
 cipies, sicut anima immortalia sunt,
 sicut anima numquam dilabentur.
 Qua via qui humo sese tollere tentant,

ii numquam avelli possunt; simul, simul
 ibimus clamant. Quae iungit animos,
 quae vitam reddit iucundiorē, quae tran-
 quillitatem praebet et felicitatem, mera
 amicitia numquam vel ab innocentia vel
 a probitate separata, solam sectatur vir-
 tutem.

Eadem amicitia quoque ad praefixam
 nobis metam assequendam, ad excolendam
 indolem, ingenii culturam, animum erigen-
 dum, ad efferventium affectuum et placati-
 onem et rectionem, ad officia nostra sa-
 cilius praestanda, ad mentem secum aequae
 ac cum ceteris contentam, ad cunctam ter-
 renam nostram atque aeternam felicitate-
 tem plurimum facit: eadem amicitia sum-
 ma nobis necessitas et acerrimus ad gene-
 rosa facta stimulus est. Mortalis societate pri-
 vatus de machina abrupti orbiculi instar in-
 tas, ubi singulorum intimam familiari-
 tatem detraeris, ut machina agitante vi-
 destituta, immota terrae affixa; solitarii ru-
 dem, sexcentis animi ingenique beneficiis im-
 munem vitam degimus: quippe quum, ut ardi-
 us aut magis remissum, perpetuum aut mo-

bilius nos amplectatur vinculum, ita nostra
 perfectio non minus quam industria vel au-
 gescat vel comminuetur. Et singulorum con-
 gregationem in civitates ad perfectionem sen-
 sim enitentem culturam, teste historia primum
 excitate atque fovisse, quis est qui Dubitet?
 Quae tam relaxata coniunctio ubi tantum be-
 neficiorum in nos contulit: qualis quantisque
 eventus foederis expectandus est, tam arcte iuncti,
 ut amicus pro amico omnem prope vitam de-
 voreret? — Amici auxilium, quum ad externam
 modo mortalium conditionem respexeris, haud
 levis momenti esse constat. Abs teneris iam
 unguiculis ad aetatem usque, ubi maturi
 ore ratione utens, quae agas ipse imperare pot-
 es, et [quae est humana imbecillitas] ab hoc
 quoque memorabili temporis momento usque
 ad extremam senectutem cum varia for-
 tuna, sive rerum angustia et molestia pau-
 peratis, sive curis sineffis, urgente periculo,
 et iniuria ceterisque rebus adversis perpetu-
 a lucta tibi subeunda est, qua virtus tua
 tentetur et mens tentata purgetur. Quoties
 illi hostes resistere haud valenti instant, te-
 ties amicus ingenti mole oppressum corpe-

ris robore, egestate laborantem re familiari,
aut si data utrumque illi negarint, consilio
sublevat. Sugenti in tristitia comes fit; gra-
vibus curis ex cruciato coelestis religionis sola-
tium addit; funesti moeroris tenebras illu-
minantibus spei radiis dissipat.

At multo iucundissima et ad felicitatem
nostram amplissima haec res est, quum ho-
nestatis promovendae gratia hunc aditum lau-
dis potissimum petunt, qui intima famili-
aritate utuntur. Quamvis atrox et illibera-
lis tibi, quamvis ab omni bono pulcroque
intacta mens sit: ubi primi demum amo-
ris ignes in te suscitantur, animus sensim
calefactus liquefcit, et imperio leniore moven-
te mitioribus sensibus patet. Familiaris, qui
talis est, qualem esse optimum quemque o-
portet, edoctus experientia, promptus ingeni-
o, vir integer atque strenuus, virtutis deni-
que et bonorum omnium amans, nec agi-
tatus fortuna, sed certis vitae rationibus
ab incunte iam aetate susceptis ductus,
qui mortalium intimis pectoribus abdita
cogitata penetrat atque perlustrat, quascun-
que non solum afflictas verum etiam flo-
rentes amicorum res, quaecunque aut

optant aut sentiunt aut appetunt, non ignorant: tali natura vir instructus, si sapientiae doctrinas et praecepta virtutis, e lecturo, quod ipsi visum fuerit, tradit; si quoque ad altiores res investigandas ingenium excolit, quin virtute aberrantem ad honestatem revocet, non dubito. Nonne suo declarantem exemplo, quantum perfectionis humana admittat natura, contentionem ad meliorem frugem redeundi, animum ad divinas res emergendi, spem recuperandae salutis excitaturum: nonne consilio, doctrina, monitu, vituperatione ad interitum pergentem deterriturum esse putas? Tali modo Socrates quondam in amicorum et discipulorum familiaritate coniunctissime versatus, quibus erant affecti, errores et vitia illis detexit: quibus rebus viros et aetate sua dilectos summoque honore prosequutos, & ab extrema posteritate summam inerentes gratiam, illos reddidit.

Fortunatum te, cui contigit in talis vi-
 vi intimam familiaritatem pervenire! At
 troci tempore, quo profferum ac felix scelus
 virtus vocatur, quo ius in armis est, leges op-
 primit timor, si optimi quique a perditis vi-
 morum et abiectissimorum hominum tur-
 ba ad interuersionem usque urgentur; mor-
 tis metu et inexorabili fato pedibus subiectis,
 in officiis persequendis integer et incolumis
 manes. Si alius incassum laborans, quia
 quocumque aliorum auxilio negatio, nimis
 tenui sua penna et proprio tantum im-
 petu in aëra sese sublaturus, e libidinum
 servitute emergere haud valet; si alius quam
 ignavia sepultus tam superbiae illecebris
 delinitus, quamcunque morum emenda-
 tionis occasionem omittit, quippe qui eius
 sese non indigere opinetur; si alius, quin
 libertati reddatur, fieri non posse putat,
 et antequam debebat spe delectus timet,
 ne, quae sane non remittantur, factorum
 poenas det: te suavis amici adhortatio,
 monitum, consilium provocat et arri-

git arrectumque incitat, decus tuum sola
 tiumque, robur et praesidium est. Fac quae
 que exubereas, tibi abs te facta memo-
 ret; fac, ea potissimum re, qua graviori,
 me irriteris, te offendat, vanam de praes-
 stantia tua opinionem tibi detrahens,
 fac flagitet, ut quibus hactenus indulse-
 ris, in aeternum renuncies: noli prava
 ambitione ea graviter ferre, noli moni-
 ta sapientis viri aspernari. At summo
 pietatis affectu, beneficii, quo nihil ma-
 jus ulli unquam contigit, beneficii au-
 ro gloriaque favoreque principum poti-
 oris, praeclearo viro, qui amisam tuam
 tranquillitatem reduxit, maximas easque
 amplissimas gratias persolve. O! qui
 tanto servatore non laetatur, qui sa-
 lubribus verae amicitiae vinculis re-
 pugnat; magni pulerique sensu ex-
 stincto, dignitatis rationis, quae homi-
 nes Deo similes reddit, et excellentium
 virtutum immemor, quae morti mor-
 tales eripiunt, omnem suam feli-

citatem resignavit. Tantum coniunctionis est inter virtutem et amicitiam.

Quin tum etiam, quum et transeuntia et perennia bona nobis largita est, nos non relinquit; sed iis verentes novis voluptatibus afficit. Et si fortuna, quae singulis tantum modo impertit, cuncta in te contulisset, si domus argento refulgeret auroque renideret, laqueataque tecta lautis epulis et pulsata resonarent lyra; nullus autem fidus amicus adesset, qui tecum gauderet: eius oblectamenti, quo inter familiares, quibus cum summa intercessit necessitudo, laetatus esses, ne minimam quidem partem perciperes. Num amici commodum tuum promoventis ope, fortuna quamvis prosperissima, quamvis vigente aetate tibi opus non esse putas? Ubi lenocinis verborum adulator, dolosa fraude Deceptor, impudenti calumpnia delator, sive vi sive dolo direptor incolumem felicitatem tuam destruere molitur: quanti tunc illius sincerus & apertus sermo, monitus, ne nimis securus credulusque sis, constans

honoris tui defensio, invictus animus, immota fides in incertis rebus tibi constabit? Nam et secundas res, ait Cicero, "splendidiores facit amicitia, et adversas partiens, communicansque leviores."

Sincera sanctaque amicitia! Quantum tibi non modo potentiae verum etiam beneficiorum inest! Quantum coelestis felicitatis tuis cultoribus praebes! Omnis tua serena natura. Te ex aulico splendore profugus princeps, te inops petit rusticola: te, cui fata favent, circumdatus omnibus bonis desiderat; ad te quoque miser profugit ab omni iniuria defensuram. Stupore percussus mortalis ingentia montium iuga aut immensum spectat Oceanum; stupore percussus sidera riasque coeli et providentiae consilia investigat. Per ardua rerum humanarum & divinarum vagans ingenium dubiorum mole obrutum occumbit. At animus in amorem et desiderium colliquescit et diffluit, et mortalis manus tendit ad te, aeterna amicitia!

Qui finem propositum ut assequatur, omnem lapidem movet, veritatis studio,

amore, obsequio, ceteris praeterea rebus ho-
 nestis amicum sui similem sibi parat.
 Cui autem quum virtus, otium, tranquil-
 titas eius firmissime iuncta sit; sapien-
 ter illum eligens, illius sensus moresque ex-
 periat, quibus motus alia perficiat, alia
 omittat, omnes denique illius cupiditates
 cognoscat, necesse est: quae si cum rationis
 non magis quam religionis praecceptis
 comparata probaverit, tunc demum eius
 virtute fretum, quae hactenus intra pecto-
 ra condidit, illi patefacere licebit: ne-
 que tamen ulli auctor fuerim, pluribus
 sese aperiendi, quum unicus isque verus
 amicus satis multa maximaque com-
 moda praebet. Haec animorum con-
 sensus inturbatam nobiliorem volupta-
 tem vobis, Carissimi Amici, exhibet.
 Ubi moeror adversaeque res vos vexabunt,
 mutuo solatio auxilioque haud carebitis:
 ubi clarior vobis dies illuxit, commu-
 ni laetitia beatae vitae pretium au-
 gebitis. Et quamvis vobis amicus forte
 subito ereptus fuerit, vivit tamen sem-

perque vivet: nam virtus eius non exstingui poterit, non exstingui concordis vite recordatio, quae lugentes recreabit. Et quanto propius ad supremum diem accedatis, tanto magis ex ipsa aetate haec cogitatio vos solabitur: Per aliquot modo temporis momenta nos separat mors; suavis altera coniunctio, & rursus nos visemus, ubi neque fatum neque mors nos disiungere potest!" —

VII. Sodalium adlectorum

1803.

pro salutanda Societate

Orationes.

[Faint, illegible handwriting]

I. 11

I, Car. Christoph. Nühlenthal. Carlsruhensis.

Director gravissime! Socii honoratissimi!

Quod si manifestioribus muneribus, inter quas romana-
rum litterarum notitia inprimis referenda
est, ad effringendas et perpoliendas animos nihil utique
aptius, ~~rebus aptius~~, ~~est~~ nihil poterit esse,
abunde inter omnes constat: ii sane, qui ad hunc
pulcherrimum finem consequendum, opera sua et
sapientibus institutis plurimum contribuunt, de stu-
diosa juvenute praecolare meruisse optimo jure judi-
cabuntur. Quantumvis enim ad profectum altiorem
intentes, nil juvaremur, nisi peritissimi viri ducis
se nobis praebearit, viamque monstrant, qua facillime
ad eum profectum assequi valeamus, conatusque nostros
ipsi adjuvent et promoveant.

Venerolentia tua, Director gravissime, et vestro suffragio
Socii honoratissimi, impetrato jam, quod ardentiter petii,
beneficio, debitas ago gratias. Tanto honore dignum,
tanto studio parem me censere vobis placuit: placuisse
me poterit, quam maxime possum efficiam.
Neque vero rectius me effecturum esse persuasum mihi
habeo, quam vires meas omni illuc interdido, ut tua
institutis, Director gravissime, diligentissimum
alumnorum, vestrique studii honoratissimi, amici sodales
cumulum me exhibeam.

Floreat qui bonas litteras colunt, foveant, ^{amant}
Floreat Sodalitium!

II. August. Henr. Medicus. Carlsruhensis.

Director Graviosime!

Socii ornatosissimi!

Ecquis non ampliosime sibi gratulabitur, ea, quae in votis erant, consequendi maxime opportunam nactus occasionem? Latii studium, quo nihil facile, propter innumera in omne scientiarum genus inde manantia commoda, praestantius desideris, ita me tenuit, ut optatosissimum esset, pernitiose ejus cognitione mentem imbuere, et crebra illius exercitatione ampliolem indies mihi adquirere copiam facultatemque. Cujus voti com-
potem me reddidistis. Tua enim, summe venerande Director, gratia, et vestris, socii honoratiosissimi, suffragiis, Latinae societatis excellentiosissimae socius factus, multo facilius nunc iis, quae Romana adfert lingua, commodis frui potes-
sum.

Per omnes, quos adhuc peracturus sum, annos, Director graviosime, socii honoratiosissimi, ob hanc maxime aestimandam gratiam ut gratiosissimum me habeatis, indefesso studio conabor. Verum non verba, sed facta esse decora hominis scio. Itaque omnibus, quae so-

Sodalitii leges mihi mandant officio, diligenter
fungi, moribusque integris hoc favore semper
me dignum redere, omnibus adnitar viribus.

III. Frid. Guil. Humboldt, Sporkernio Becherbacensis.
Director Gravissime! Socii ornatissimi!

Apud animum reputanti mihi, quantum inde jam a longo tempore
Tuo, Director Spectalissime, consilio, romanis imprimis litteris tractan-
dis condita Societas illustris hujus Gymnasii ornamentum exstite-
rit; quam egregii quamque multiplices fructus inde in patriam
provenerint; quibus laudibus etiam apud externos celebrata fuerit;
quam ingens florentissimorum adolescentium numerus illinc jam
prodierit; quid emolumenti adque decoris in omnes, quibus ea
conjunctione unquam frui licuit, studiis moribusque suis ac-
cessisse etiamnam, ad amplissimos honores proveci consuleantur;
quamdenique infatigabili studio operam curamque tuam juveni-
libus ingenii erudiendis, accendis ornandisque infumas: hæc,
inquam, mecum reputanti nihil utique aut honorificentius, aut
fructuosius expetendum mihi visum est, quam sub ejusdem
Sodalitii compos fierem. Quamquam infirmitatis mea con-

scius, Tua unice, Director summe venerande, indulgentia, Vestra,
 Socii condecoratissimi, humanitate fretus, quod ardentem cupie-
 bam, petere ausus sum. Neque me repulsam ferre passa est
 benignitas vestra. Itaque, quod petitioni meae liberalissime ju-
 tissecistis, meque socium adlegistis et sumopere gaudeo, et gra-
 tias Vobis maximas ago. Una hoc gratissimum animum demon-
 strandi ratio mihi relicta est, ut ad monitionibus et consili-
 is Vestris me obsequentissimum probeam; quae apud Vos
 aguntur, quam diligentissime in usus meos convertam, in-
 tentam iis ubique mentem adhibeam; et quid decus huius
 Collegii poscat, curatius per omnia spectem: quo indices libe-
 ralis doctrinae romanique sermonis copia instructio emen-
 datiorque evadam. Utinam, Director venerande, diu adhuc
 vigeas, diu lectissimo huic sodalitati praesides! Utinam votis
 tuis, ad publicam unice utilitatem spectantibus, latissimi
 respondeant successus! Utinam multis adhuc juvenibus stu-
 diorum suorum Te Rectorem nobiscum venerari lice-
 at!

IV. Carol: Frider. Hints: Langenalbensis.
 Director gravissime!
 Socii honoratissimi!

Ingrato homine nil utique tetrius, nil abjectius, nil contentius esse, apud bonos omnes sapienterque constat. Qualem enim illius animum, quam rudem quamque deformatum, et ab omni sensu humano amotum esse, censes, quem ne beneficiis quidem conciliare tibi et obstringere valeas! Nam quum vel sola humanitatis conjunctio in mutuam benevolentiam mortales cieat et alliciat, multo sane major ad devinciendos animos vis esse debet eorum, quae ab aliis liberaliter in nos conferantur bona. Quocirca et vitio, quo bene de nobis merentium opera leviter ac frigide negligitur, summam lahem et turpitudinem inesse merito statuitur.

Benignitas Tua, Director spectatissime, vestra humanitas, Socii condecoratissimi, ac recens beneficium, quo a Vobis me ornatum sentio, in eam cogitationem mentem meam adduxit. Nisi enim, quantum in viribus meis posita est, pro sodalitiis honore in me collato, gratum me praestare eniteret, summo dedecore memet maculaturum esse, facile intelligo.

Itaque gratias quam tibi quam maximas ago, et dum vitam habeo, quod e praecellente sodalitate vestro insigni studio meis subsidium paratis. Te dote, Te magistro, Director venerande, qui in erudiendis juvenum ingeniis atatem et solertiam

Tuam consumis, uberimam fructuam accessionem animo
 prospicio. Accipe, Vir venerande, ardentissimum votum, ut
 quam longissime Deus vita tuae, patrie utilissima, termi-
 nos proferat, ut plurimorum adhuc adolescentiam felicita-
 tis auctor existas. Vosque, Socii ornatissimi, ut sodalem
 me benevole animo excipiat, eamque amicitiam, quam
 hucusque erga me significastis, semper mihi conservetis,
 etiam atque etiam rogo.

V. Johi. Christ. Suel. Glöckl. Palatino Gschelbronensi.
 Director gravissime! Socii ornatissimi!

Quum non ulla alia re homo cetera, animan-
 tia, quibuscum reliqua omnia, communia,
 habet, antecellat, nisi mentis praesentia;
 ejus sane arcolenda cura nihil debere cuius,
 antiquius & sanctius esse, ne illorum, more per-
 silentium, atque socordiam, etatem, tran-

sigant, facile intelligitur. Ejus vero cura, tanta,
 amplitudo totq; munia sunt, ut qui singulis
 recte perfungi voluerit, multo cum, subfidius in-
 structam esse oporteat. Liberaliorum artium,
 in hoc præcipuum, momentam, vimque insignem,
 esse, nemo inficiabitur. In his numeranda est
 potissimum, Romani populi, eloquentissimi, et
 virorum, monumentis celebratissimi lingua.
 His ferè cogitationibus adductus, Te, Director
 summe venerande, vosque, Socii ornatissimi,
 ut intra Societatem, Latinam, me benigne
 cooptaretis supplex adu, ac summa ego profecto
 lætitiâ, adficio, quod precibus meis excusatis
 Locam mihi humanissime concessistis, neq; me,
 qui ejus honoris particeps essem, indignum,
 habuisset. Prima vice jam mihi, salutandi vos,
 Director gravissime, Socii honoratissimi, copia
 facta, gratias quas possum maximas ago, et
 halem me in omnibus rebus præstiturum, qualem,
 præclari hujus Sodalitû Decus postulat, pollicor,
 quod ut quam diutissime floreat, imo pectore,
 precor.

VI, Carol. Theod Funx Lahrensis.

Director gravissime! Socii ornatissimi!

Quorumvis officiorum hominis facile primum est, iis omnibus diligenter uti, quae ad animum excolendum pertinent. Quid enim divitiarum et formae gloria ceteraque bona fluxa atque fragilia, quae mortales maxima putant, iurabunt eum, si animum, nobilissimam sui partem, neglexerit? Beatus certe ille est, cui contigit, ut occasio magno huic officio satisfaciendi sibi suppetat et qui homines, magnum hunc laborem adlevaturas invenit. Cujusmodi, quum ipse invenirem, ego jam Tibi gravissime Director, Vobisque honoratissimi Socii, quod clarissimae societatis Vestrae me participem esse permisistis, maximas laetus persolvo gratias semperque animo grato, magnae Vestrae benignitatis meminero, ea omnia diligenter observaturus, quae favorem Vestrum mihi conservare possint, ut in dies societate Vestra digniorem me praebeam.

VII. Gustavus Fredericus Sonntag
Landerensis.

Director gravissime! Socii ornatissimi!

Ita fert animi humani incoctes, ut be-
nefacienti gratum se ostendat. Sed in ipsa
beneficiorum aestimatione id maxime conside-
randum esse duco, quale sit, quamque acci-
pienti necessarium beneficium, et quae accep-
tum commoda sequantur. Ego iam, intento
intento in bonarum artium, scientiarumque
studium animo, nec maius, nec commodius,
aut in posterum fecundius bonum, ea
que vestra, Director gravissime, Socii
honoratissimi, insigni benevolentia,

mihi concessa est, vario exercitationum ge-
 nere ingenium excolendi facultate, mihi pro-
 stari potuisse, confiteor. Mihi quidem
 nihil magis in optatis erat, Director sum-
 me venerande, Socii a summatissimi,
 quam ut meis precibus benignissime satis-
 faciendis, me vobis adgregari permitte-
 retis, unde eximios fructus, Tuis quidem
 auspiciis, Director gravissime, stude-
 meis, imprimis Latinitatis pernoscendo
 conatibus meis esse accessuros, satis su-
 perque intellexi. Itaque magno sane gau-
 dio efferebatur animus, quum Tibi,

Director gravissime, Vobisque Socii
 ornatisimi, in hanc preclaram socie-
 tatem me ad seiscere placuerit: sicuti,
 qui, urente sole, ardente siti urgetur,
 salubrem denique fontem invenisse
 gaudet. Pro quo beneficio. Dignas
 profecto Vobis gratias persolvere
 haud valeo. Illud vero sanctissime
 spero, in decessam operam me esse
 daturum, ut hoc preclaro instituto
 dignus habeat. — Studia mea
 benigne adiuvetis, erranti mihi hu-
 maniter subveniatis, omninoque me

favore vestro, et amicitia vestra com=
pletamini, Director gratiss=
sime Socii honoratissimi
enxissime cogo.

Ante nominatos Juvenes ornatissimos
his ego verbis intra sodalitium ex-
cepi. ~

Trobenius de Dürreheimb Rastadtiensis.

Director spectatissime! Socii ornatissimi!

Ma sapienter institutum cose deprehendimus,
ut in vita hominum aduersa et secunda mo-
dicis intervallis sese excipiant, laetaque ac tri-
stia inuicem sibi succedant: ne aut continuo
suauium iucundarumque rerum fluxu las-
civiant a nimi, et intumescant; aut assiduo
fastidiosoque molestiarum sensu languescant et hebetentur. Secundum hunc ordi-
nem rerum fortunati isti, vicissitudinis mo-
bilitatisque humanae facile immemores, con-
trario saepe casu quodam, quominus in


pctu=

pitulantiam ac superbiam procedant, admonentur. Contra, qui aliquamdiu adversa, et acerba passi sunt, gratioribus supervenientibus adlectantur et reficiuntur. Ita viator, subita modo tempestate, attonitus et imbribus perfusus, atris nubibus eluctantis solis radios laetus adspiciens prorsus in hilaritatem erigitur. Neque omnino natura hominis imbecilla atque circumscripta, aut secundis tantum aut adversis unice ferendis par esse videtur.

Simile quiddam etiam nos nunc experimur. Hucus nobis paulo ante acciderat ornatisimum sodalium discessus. Ea jaectura vestra jam, carissimifruentes, gratissima nobiscum consociatione reparatur, animique in spem laetam rursus evocantur. Quare ante omnia Tibi nos, Director spectatissime, hoc novo beneficio devotissimos profiteamur, quod benigne curasti, ut et nos acgritudine ista leuaremur, et sodalitia huic integritate redorta quam optime consuleretur. Vos vero, quos rite nunc compellare Socios mihi

licet

licet, quod pretium mansuetioribus litteris statu-
 atis, quantoque eas assidue tractandi desiderio
 teneamini, ipsa petitione Vestra satis testati estis.
 Est sane, quod sodalitati hujus limina Vobis patu-
 isse, totque illustrium virorum, amplissima nunc
 in republica muneribus obeuntium, nominibus
 Vestra adscripta esse, plurimum laetemini. Non
 opus esse existimo, de officio, quod suscepistis, lon-
 gius admonere Vos; quum in praeclara quae-
 que intentum animum abunde modo in ora-
 tionibus Vestris demonstraveritis. Verbo con-
 cludam omnia. Amate et colite litteras! colite
 Directorem et vobis doctorem patremque!



94.

96.

Ora
ne
lia

VII

Ex

Oratio de variis fortunae vicibus
 nec non, quomodo fata nostra, qua:
 liaounqs sint, ferre valeamus
 habita

VII ante Idus Iulias M DCCCIII.
 atqs

Ex summa Directoris benevolentia
 inscripta,

a
 Azeck St. Jur.

[Faint, illegible handwriting in the center of the page, possibly bleed-through from the reverse side.]

Mult
 festa
 tante
 te a
 pita
 lute
 Inca
 ginn
 mori
 fert
 cep
 ac h
 stan

Director gravissime
Socii ornatissimi!

Multos mortales opinio fallit, in terris perfectam beatitudinem posse inveniri, potestque sese nactos esse, cum fortuna favente ac omnibus ad voluntatem fluentibus vitam degant prosperam, sed maxime falluntur; omnia enim sub sole sunt caduca, omnia evanescent, omnia accessunt; cura ac sollicitudo sunt comites mortalibus, dura ac aspera est via, quae fert per vitam, horrida spinis, quae incedentes multis agitantur fatis, crebra ac horrenda pericula insidiantur instantque; alius fortis ac constans

viam carpit, omnia vincit impedimen-
 ta, perstat animo vultuq; imotus, cui
 fluctibus obvia rupes contra impetus
 fortunae adversae nititur, hostesq; mi-
 naq; ridet et instantis metuenda pericu-
 la mortis ac si victus semel ac debilis
 succumbit, animosus sese rursus ex-
 tollit correptoq; baculo tendit ad me-
 tam; ast alius timet, pavet accusat-
 que fortunam atq; aberrans a via du-
 citur ad exitium horrendum, alius
 impositum onus duris fert humeris
 ac aequo animo, alius gravi pugnae
 totus succumbit! - Mortalis, si vales
 mel dulce ex poculo laetitiae forbe-
 re, gaudia concipe, ast ne fremas,
 si interfluit gutta absynthii amari!
 Saepe enim voluptates laboribus dul-
 ciores redduntur! Beatus, qui atro-

cem pugnam, quae urget in via vitae, fortis ac constans pugnavit, beatus, qui fortunae adversae magnanimum obtulit pectus, beatus tandem, qui comparitur ad voluntatem omnipotentis! - est hoc difficile esse, quis est, cui non plane sit persuasum? Quare Te, Director gravissime, annuente ac Valis, Socii ornatissimi haud invidis, verba faciam de variis fortunae vicibus ac explicare audebo quomodo fatis nostris, qualiacumque sint, laetos ac serenos vultus offerre et quomodo tranquilli ad metam, quam mensi sumus, valeamus peruenire nec non praedicabo praemia, quae maneant bonos!

Per totam mortalium vitam mutatur fortuna, forti fauenti modo succedit infortu-

nium, infortunio modo fors faciens. Alios
 videre est in summo fortunae throno in=
 fidentes, alios in pulvere detentos au=
 dimus moesto ore edentes querelas, at
 curiosius introspectentes rem animam
 advertimus, crudelissimum fatum splen=
 didissimae fortunae ac splendidissimam
 fortunam saepe causam fuisse cru=
 delissimi fati! - Latent enim occu=
 lis multorum hominum sapientes viae,
 quas carpit benignissimum numen
 ad homines beandos, atque saepe nesciae
 sunt reuelari. Sexcenti saepe mori=
 untur, ut unus vivat, qui beet rur=
 sus bis sexcentos, saepe aliquis a
 summo depellitur fortunae fastigio,
 ut digniori locum deo, sexcenti im=

probi cadunt, ut sescentos digniores ex-
 tollant! Saepissime aliquis vita fungi-
 tur magnis honoribus insignis, quem
 forsam additamentum aliquot añorum
 obscurum contemtumq; reddidisset! Sae-
 pissime egregius juvenis immatura per-
 it necesse, qui forsam, longiore absoluta
 añorum serie, dira accensus rabie ac coe-
 cus furore patrem saeva manu neci-
 didisset! — Fortuna, ut jam supra
 dixi, volubilis errat, modo ridet sol
 rerum secundarum, modo furit turbo
 fortunae advoq;ae! Ne nimiam igitur
 in illa ponas fiduciam! Saepissime
 enim, cum Aurora referebat diem, jam-
 que rubescebat coelum stellis fugatis,
 sol hilaris videbat Zephyriq; mulce =

bant rura sereni, ast vesperere stridebat
 fremebundi turbinis ira, rutila libra-
 ta fulmina, crebris micabat ignibus
 aether, ac rauca totoq; coelo resonan-
 tia tonitrua audiui. Ceu nauta, qui
 ventis secundis tranquillis sese credens
 undis in alto secat negligitq; iminen-
 tem tempestatem, mox mare tumidis al-
 bescere coepit fluctibus et praecipit spi-
 rare valentius Eurus, aspera crescit hy-
 ems omniq; a parte feroces bella ge-
 runt venti fretaq; indignantia mis-
 cent. Navis fluctibus modo erigitur,
 modo deprimitur, rursus erigitur ac
 saepe dat ingentem fluctu latus iota
 fragorem, et tandem unda victrice de-
 primitur in ima. Ita, qui nimia

securitate fidit fortunae! - Multi mortales
 putant, divitias efficere posse, ut in
 via per vitam tuti incedere, omnia vin-
 cere impedimenta ac tranquilli ad metam
 pervenire valeant, sed procul errant!
 Ne seducaris vano divitiarum splendo-
 re, multos fortasse putas beatos et
 falleris! Censeone hunc beatum, cui
 casu aliquo aut rerum impetu con-
 tigit, exsuperare sexcentos, quos, homi-
 nes ejusdem pietatis ac ingenii fors
 captos tenet, num eum putas beatum,
 qui nomine suo rutilis ac impiis flam-
 mis incensorum tectorum vicorumq[ue]
 coelo inscripto, monumentum, licet
 aere pereñius, eruentis manibus

posuit, nam illum aestimas beatum, qui
viam, quam paravit sibi ad immortalita-
tem, sanguine infantium civium, fu-
mantibus ruinis, ac cinere ac populati-
onibus conspicuam reddebat cuiusq; lau-
rea corona, qua sunt circumdata tem-
pora, sanguine innoxiorum militum
stillet? Multum sane abest, ut hoc
credam! Beatus homo, qui vitam de-
git tranquillam, cuius cor vulgat nef-
cium scelus nefandi et qui sibi ipse
facit! Ne igitur adspires ad improbas
divitias, quae ut te adjuvent in fe-
rendo vitae onere, tantum abest, ut
potius tibi obtent, divitiis enim sex-
centae curae comites sunt. Saepissime

forsan rex, gemifero sublimis insidens folio
 ac sceptrum gerens aureum, curis excitus
 mordacibus, optat instantibus votis, ut
 mutare possit auream coronam cum veste
 pauperis rustici, qui sitim fonte sedat
 placido! Animos contentus condit vitam
 optimis condimentis! Mortalis, pura ac
 tranquilla fluat tua vita in mare prae-
 teriti temporis, ut fons salit super ru-
 pes musco adopertas virenti! Flammium
 vita similis fluminibus, torrens magno
 cum impetu undas trahit, fons vero placi-
 do cum murmure ac tamen eodem cogun-
 tur! Ille, qui scalae summum jam gra-
 dum enixus est, parum tantum aberrans,
 ad imum rursus dejiuitur, et quo altior
 arbor, eo gravior casus! Patius ardeat ani-

mus tuus, cum integro ac pio homine fir-
 mo amicitiae vinculo, jungi. Amicus op-
 tima vitæ possessio! Ceu fessus viator
 horrendo circumdatus deserto media no-
 cte tristis incedit, cum atrae nubes
 subito caelo offunduntur, horribilia
 eientur tonitrua, rutilaq; a summo
 librata fulmina strident per atram
 noctem, ac sicut rursus dulci solati-
 um fuit in consternatum viatoris
 pectus, si repente diffugiunt nubes
 caeloq; sereno rursus splendet tacita
 luna; ita grato erigitur levamine
 ille, qui deflet in sinu amici! Be-
 atus, inquam, cui contingit amicus,
 qui lacrymas fundit cum lacrymas
 fundente, qui laetatur cum lactante!

Quanta delectatur mens mea voluptate, cum
 video duos corporibus junctis durâ vitæ viâ
 incedentes, qui mutuo auxilio se adjuvant,
 Sed, quod dolendum est, quot dantur inter
 qui amici!! Amicitia ergo est, quae o-
 nus tuum potest levare non divitiarum, fors
 enim nefcra flecti, sexcentos saepe a sum-
 mo fortunae folio in imas paupertatis
 gordes depellit auresq; obstruit luctibus et
 precibus, imensas opes relinquere jubet di-
 vitem, qui omnes fortasse effunderet di-
 vitias, si valeant producere vitam divi-
 tem, cui mors horribilis. Sed parvit ege-
 no, cui tamen mors, finis laborum ac
 miseriarum, cara atq; esset accepta, saevâ
 manu rapit infantulum adhuc ubera
 sugentem e complexu piae matris, quae

lacrymas fundens ac palmas ad sidera
 tendens luctu ingenti precibusq; fati-
 gatur vanis; aufert pectori desponsae
 puellae sponsum decorum, rapit fido
 marito uocem obaram uxoriq; obarae
 fidum maritum, aufert seni debili
 filium pium, unicam spem ac uri-
 cum adminiculum, qui nunc infirmus
 baculo sustinens artus derelictus ex-
 spectat mortem, stridentibus fertur
 penis in orientum proelii tumultum
 ac sexcentos saeas dat letho, qui for-
 san longiorem traxisse vitam meru-
 issent! Aest omnes narrare casus,
 quis est, qui valeat? Centum oribus

ac opus esset ferrèâ voce! —
 Quomodo vero debeam, audio aliquem que-
 rentem, qui perosus vitam insistit ora lu-
 gubris sepulchri atq; qui pressus gravi
 onere imo eoc pectore imanes ciet gemitus,
 quomodo debeam sortem diram longius ferre,
 constans ac fortis diu contra nitens sum,
 sed frustra, nullum auxilium, nulla
 vindicatio ex tanta miseriarum mole,
 nullum solatium in consternatum pe-
 ctus! ac tandem dira invadit illum
 desperatio, corripitur mens insana ra-
 bie, agitatur furore pectus, speremat os,
 evotatusq; tandem horrendam luctam,
 horresco referens, lethiferum ferrum con-
 dit in lymphatum pectus, spoliatq;
 sese munere, quo nullum praestantius!

Illic conspicio impium hominem, quem
 tandem corripuit vindex justitiae ma-
 nus, ductum ad locum supplicii, quo
 det justas poenas, terq; quaterq; exse-
 cratur diem natalem, iterum iterumq;
 accusat, dira extorquens verba, fortu-
 nam, sed hanc esse causam corvis co-
 positum cibi, quis est, qui sciat? Sic
 saepe fremunt homines, quos forsitan na-
 tura splendidissimis instruit facul-
 tatibus, qui vero aut usi pravâ e-
 ducatione, (abs qua saepe pendet homi-
 nis aut fortuna secunda aut adversa)
 aut sua ipsorum causa in tan-
 tam irruere miseriarum molem ac
 nulla res est, quae animum atro-

cioribus extorqueat doloribus, quam infortu-
 nium, quod nobis ipsi conflavimus! Multi,
 quos impetus fortunae aduorsae graviter ur-
 gent desperata omni salute fremunt contra
 Deum, ast prudens futuri temporis exitum
 caliginosa nocte premit ridetq, si mortali-
 lis ultra fas trepidat! Nulli sane homi-
 num onus imponit, quod maxime anni-
 xus ferre nequeat. Multa sane mortali-
 bus dedit, quibus fortunae sese accomoda-
 re passit! Si degis vitam favente sorte,
 temperantiae aures praebere lubentes, ne se-
 ducaris rerum splendore, ne evadas inso-
 lens neq, enim in possidendis divitiis emi-
 net beatitudo et sapientia sed in recte
 adhibitis, alios, qui obscura sorte agunt
 vitam, adjuva, saepissime enim accidit,
 ut ille, qui felix aliquem adjuvit, ab eo=

dem infelix rursus adjuvaretur! Quam
 pauculi, quibus fauet fors, sunt modi-
 ci, quam pauculi, quos premit fortu-
 na adversa, sunt constantes! Equidem
 dicere non auesim, utrum sit difficilius!
 Quodsi vero te urget fortuna omnibus mor-
 tis, si continuo vulneraris illius icu,
 tunc indue te lorica fortitudinis, for-
 tis ac constans repugna, ita imatus tur-
 bine atro, tu ne cede malis sed contra
 audentior ito, constans vir est ceu ru-
 pes, vastum quae prodit in aequor, ob-
 vias undarum furis expositasq; vento vim
 cunctam atq; minas perfert colliq;
 marisq; ipsa imota manet. Ast sen-
 tiens tantis ac tam gravibus labo-
 ribus te imparem, tunc omnis imen =

sum perfer tacita patientia, responde voluntati
 fortunae, mox fortasse erit praesto auxilium
 et tantum eo forsan patieris, ut dignior
 evadas beatiore voluntate! Raro carnis pur-
 puream rosam late diffundentem dulcem
 odorem, nisi laceratus insectis spinis! - Alte-
 rum telum contra infortunium est spes.
 Quodsi graviter contra te insurgunt fortu-
 nae immetus, spera, spes est altria ac co-
 mes infelicitium, erigit triste cor hominum,
 ut ros coelestis marcescentem rosam.

"Spes Dea cum fugerent foeleratas numina
 terras

"Ex Diis invidiâ sola remansit humo.

"Haec facit, ut vivat fossor quoque compede
 vinctus

"Liberatq; a feris cura futura putet

"Haec facit, ut videat cum terras undiq; nullas,

"Naufragus in mediis brachia jactet aquis.

Saepe aliquem solero medicorum cura relinquit

"Nec spes huic veniã deficiente cedit.

"Carcere dicuntur clausi sperare salutem

"Atque aliquis pendens in cruce vota facit;

"Haec Dea quam multos laqueo sua colla ligantes,

"Non est proposita passa perire nec!

Ast firmissimum adminiculum, quo tutus
niti potest infelix, est virtus. Pulcherrime
me canit antiquus vates:

"Fortuna saevo laeta negotio et
Ludum insolentem ludere pertinas

Transmutat incertos honores,

Nunc mihi, nunc alii benigna.

Laudo manentem, si celeres quatit

Penas, resigno, quae dedit et mea

Virtute me involo, probamq;

Pauperiem sine dote quaero."

Virtus est, quae alumnum suum nun-

quam deserit, virtus discipulis comes it in for-
 tem ultimam rerum, leniter mulcet cor affli-
 cti, virtus sepulchri nescia et post funera vi-
 vit! Sed, dicas, quot infantes ac pios ho-
 mines a fortuna adversa pressos video, in-
 nocentiam quam saepe conspicio lacrymas
 fundentem acribas, quid praestet igitur
 virtus? Sane praestat, confirmat inoto
 animo discipulum, compensatq; labores
 secentis dulcissimis purissimisque vo-
 luptatibus! Licet dirum scelus mil-
 le artificis integram infectetur vir-
 tutem, licet haec graviter pressa gemi-
 tus cecat imanes, tandem virtus vin-
 cet, ut sol, cui mane invidae nubes
 offundebantur, has multa vi verum-
 bit ac radios suos purpureos rursus
 spargit in terras splendetq; serenior!
 Licet justus carcere clausus sit

moesto, in quem ductus erat profana pra-
 vitate, licet vincita sint crura compe-
 dibus ferreis, tamen flecti ac terreri
 nescit. Nam:

"Iustum et tenacem propositi virum
 Non civium ardor prava iubentium
 Non vultus instantis tyranni
 Mente quatit solida: neque Auster
 Duce inquieti turbidus Adriae,
 Nec fulminantis magna Iovis manus,
 Si fractus illabatur orbis,
 Impavidum ferient ruinae!"

Et sit tandem placida functus est morte,
 tunc mortalium genius cum illo lae-
 tus in altiores purioresque sese extol-
 lit ^{regiones}, ubi integram ac dulcem beati-
 tudinem ex fonte laetitiae ducere et

praemium virtutis et constantiae valet
accipere. ~

Expressi nunc diligentiam, quam potui, vari-
as fortunae vices, explicare tentavi, quomo-
do fata nostra ferre possimus nec
~~non~~ omisi praemia, quae manent bono,
Indulgisce vos juvenili animo, spero!

Ut pauca adhuc monerem: Juvenis!
jam exiisti aetas puerilis ac maturef-
cis, duae nunc tibi patent viae, una
modesta ac peregrina insistit virtus,
libidinosum altera scelus, quod dolci-
bus ac fallacibus te allicit verbis,
fuge viam sceleris, licet sit lata ac
amoena, eripe te complexui illius, am-
plescatur enim non, nisi ut perdat,
viam rete virtutis, licet sit horrida

spinio, tunc omnes vitae minas labores
 que fortis ac constans perferre valebis,
 licet horrendo cum impetu ruant in
 te lethiferae tempestates, licet minen-
 tur raris cum fonitu strideantq̄,
 virtus forti te defendet tutelâ ac ducet
 ad metam, quâ aridens praemii coro-
 na tempora circumdabit tua! ~

Oratio de tranquillitate animi

ostendens primum, qui sint illius effectus, quomodo
illam nobis parare possimus et qua ratione magis
magis ab hominibus fuerit remota.

Habita

a

Brecher pridie Nonas Februarias atque
ex summa Directoris benevolentia
inscripta.

MDCCCIV.

Ufpera
facien
vivos
cuius
tea
purpu
facien
proxi
miori
quosq
anno
per
tenue
tes ad
fallit
quod
rit
leand
telag
perio
no
cumb
med
Quo

Director gravissime
Socii honoratissimi!

Aspera fertur via per vitam, sic voluit qui omnia sane
sapientissime instituit, omnipotens Deus; modo per ac-
clivos montes, modo per invidias silvas, per paludes laz-
cuosq;, per viridia rura arvaq; identia, modo per an-
tra, quorum tenebras haud casuperant grati solis
purpurei radii. Modo viatorem torrentes superare, quin
facientia saepe maria trajicere oportet, quae dirus
pervertit turbo. viatorq; nisi instructus est navi fir-
miori et turbinis et undarum ira, victus a ventis az-
quisq; inevitabilis fit morti praeda. — Quodsi ita cum
animo tuo reputas pericula, quae instant in via
per vitam casuperanda, tunc mentem tuam facile
tenuerit cogitatio, nos viam absolendam constan-
tes ac tranquillos peragraré nequire! Stulte, quem
fallit caeca mens, credidne benignissimum numen,
quod alit sub oculo volucres patriam curam, quod fa-
cit, ut late diffundant flores dulcem odorem flo-
reandq; pulchrius, homini, imagini sui, haud arma
telaq; tribuisse, quibus victor omnia vincere possit
pericula atq; cavere, ne nullo prostratus turbine
nec devoratus ab ardis facientis maris, atroci suc-
cumbat pugnae! Benignissimum numen sparsit
medias inter spinas et flores recreaturos viatorem.
Quos ut prudens carpere valeas, ardenti opto anis

mo. Ast, quot homines Diligenter evadendo spinas
 carpentque, tantum flores aberrant a via, quae
 sola ducit ad metam, sic ambulat per arri-
 dentia arva donec tandem perveniant ad gurgi-
 tem illum hiscentem, in quo rarus cum mur-
 mure sonat saevus torrens, qui jamjam illos
 devoraturus est. Terribilis sane situs! Prae
 se gurgitem hiscentem impedimentaque invicta,
 pone vident in praeteritum tempus, dextrae lac-
 raeque nullam viam, qua evitare possint pericu-
 lum atrox, nihil relictum, nisi ut desperatione
 correpti sese prorsum in hiatus profundum!
 Terribilis enim cogitatio, quod jam factum,
 hoc ut non factum sit, vel Deus omnipotens
 efficere nequit! Neatum, qui constans for-
 tisque per vitam vitas incedit, qui patiens af-
 feros perferit dolores, quorum causa saucii pe-
 des, qui laetus sese recreat jucundo florum o-
 dore! Cui ad mediam absconditae viae praebetur
 virtutis corona, quem mortaliu genio
 quondam perit in altiores purioresque regiones ad
 fontem, ex quo dulcissima viamque gaudium valet hau-
 riri! Ast, quid doleo, quot homines caeca
 offusi opinione credunt, illa sibi comparas-
 se, quibus asperam viam levioris sibi red-
 dere possint, quod credunt, divitiis ducibus

omnia se victuros esse impedimenta, quae obstant; stulti,
 divitiae dilabuntur! - Quodsi animus liber ad constans
 per viam horridam facis, incedere vult, tranquillitas
 itaq; nefcius omnia culpa esse debet. Tranquillitas
 animi tegit nos ahenis clypeo, tranquillitas animi
 sola efficit, ut acclivi montes plani coadant cam-
 ni, tranquillitas animi nobis viatoribus spuman-
 tes fluvios ponte junxit, inhospita desertu, quae
 fugit omne animal, sola mutat in herbifera ar-
 va! - Quem Deus imaginem creavit sui quis
 cupidinibus magis magisque servit, si cor hominis
 nefanda habitant vitia, si secenta foeclesta car-
 nit consilia acd terribilis poenitentia peccatus co-
 dit, num ille in via per vitam lapidem conspu-
 cere potest, qui ad pedes paene occultus jacet, pa-
 ludem, qua demergitur, num gurgitem, in quem
 jamjam sese est proruturus? Num par est atro-
 ci rugnae, quae urget? - Quare, Tu, Director
 gravissime, pace vobisq; Socii dilectissimi, haud
 invitis verba faciens de Tranquillitate animi,
 primum ostendam, qui sicut illius effectus,
 deinde quomodo illam nobis parare possimus
 et qua ratione sensim magis magisque ab ho-
 minibus fuerit remota!

Beatus sane praedicandus, cui contigit ani-
 mus

mus tranquillus, quippe ^{illa} ~~per~~ veram inoenid felici-
 tatem, quae sola nos ducit ad fontem, ex quo
 nra puraq; gaudia possumus haurire! Sapien-
 tia vera jam vox docti, hominem, qui hauri-
 at ex se ipse nra gaudia, qui constans omni-
 busq; major insidiis spernensq; se sperni ad me-
 tam suam tendat, solum esse beatum, licet
 dives luxuria fluat, licet divitiis natus pau-
 perem contemnat, divitiae enim, si voluit, qui
 omnia sapientissime instituit, Deus, sunt ca-
 ducae, evanescent saepe ceu fumus in au-
 ras inq; illis vera haud posita beatitudo.
 Quodsi id curiosius paullo inspeximus, inoeni-
 emus, quam sapienter hoc sit provisum a
 benignissimo creatore. Perditissimus quippe
 homo secentos nectens dolos ad fumum qui
 emergebatur fortunae fastigium, improbas si-
 bi corradere potest divitias, non meruit
 de societate hominum, haud firmiter ad-
 strinxit sanctum, quo homines junguntur,
 vinculum; potius dira manu illud abrum-
 pens, viduis cruentas forsitan lacrymas ef-
 fundentibus bona victusq; abstulit isq; ta-
 lia patrans nefanda facinora beatitudi-
 ne fuerit dignus? Num ille, qui per dies

noctesq; salutem societatis humanae adjuvare prae-
 gestit, qui sancta innocentiae jura forti defendit
 tutela, qui haud metuens tyrannos sanctam colit
 veritatem, num ille, inquam, haud dignus fuerit,
 qui vera fruatur beatitudine! — Sapientiae vera
 vox docet, fontem moralium voluptatum nunquam
 exficcare, ergo, qui virtuti cor praebet moderan-
 dum atq; incorruptae animi voci aures praebet
 lubentes monenti vitia corrumpere hominem,
 ille nunquam infelix esse potest! licet in carce-
 rem dejectus sit a nefando scelere, licet manus
 pedesq; vincti sint ferris vinculis, paravit in
 se fontem piorum gaudiorum, qui exficcare
 nefcit! Nec non

„Iustum et tenacem propositi virum
 „Non civium ardor prava jubentium
 „Non vultus instantis tyranni
 „Plente quatit solida: neque Auster,
 „Dux inquieti turbidus Adriae,
 „Nec fulminantis magna Jovis manus
 „Si fractus illabatur orbis,
 „Impavidum ferient ruinae!

est, qui omni modo, quo potuit, corripit impro-
 bas divitias, facile a summo fortunae fasti-
 gio ad imum cursus Dejici potest! Fortu-
 nam enim ludere cum nobis, quis est, qui

ignores? Equidem haud ferous fuerim illius, for-
 tuna enim mulier, habitusq; animi mulieris
 mutantur, ut tempestas! Divitiae ergo, ut jam
 supra dicimus, sunt caducae idq; variis modis.
 Aut, qui illas corrastid, effundit rursus infans
 modo, aut atra nox cum abducta est terrae
 somnusq; mitis fessos premit oculos mortaliū,
 dira falcorum turba latronum omnes infans
 auferre potest divitias, aut, cum crebris mi-
 rat ignibus coelum, cum tonitru resonant sil-
 vae montesq; stridentq; fremebundi turbinis
 ira, fulmen vibratum ab inexorabili fati
 dextra in divitis domum, omnes, quas possi-
 det divitias, incendio consumere potest! - At
 enim dives pecuniam suam ab omnibus, quae
 instand, defendere potest periculo, ecce avarum,
 cui nemo auferit divitias, qui potius novas cu-
 mulo adfert pecunias? - Potest sane, sed tunc
 est infelicissimus! Quas nobis dedit benignis-
 simus creator nobilissimis pulcherrimisque haud
 fruitur voluptatibus. Semper semperq; insi-
 det thesauris, insidet, cum aureus sol radi-
 orum spicula spargit in terras, insidet, cum
 Morpheus fessos premens mortaliū oculos

mitem soporem sparsit per membra eorum ac iuram-
 diffimis illis fallit imaginibus insidensq; libenter
 versat in illis manus. Indies crescant et opes et opum
 furiosa cupido et cum possident plurima, plura pe-
 tit, sic quibus intumuit suffusa venter ab unda
 quo plus sunt potae, plus sitiuntur aquae. Maxima
 baud sufficiunt cupidini divitiarum nec omnes, quas
 fert terra tartaream illius possent explere inglu-
 viem. Cædatur tantum de sonante ac fulgente
 pecunia, non de recte adhibita. Tempore noctur-
 no quum custodid gazas, anxius circumspi-
 cit ac tandem curis fessus urgentibus somno op-
 pressus, minimo sibi rursus exortitur strepitu.
 Nec, quod sancta iubet religio, ullius leoad fortu-
 nam adversam exersq; est misericordiae, ceu
 scopulus clamoris, quem tollunt, qui naufragi-
 um fecere. Minime respondet sapienter dictis:
 "Adde parum modico, modico superadde papillum,
 Tempore sic parvo magnus acervus erit".
 Invidia quaq; urgetur pectoris ingenti tormento.
 Pallor sedet in ore macies in corpore toto, risus
 absq; nisi quem visi movere dolores nec
 fruuntur somno vigilantibus excitus curis!
 Haec sors avari! Qui num beatus praedicandus?
 Nec non sortem, prodigi reputate, quaeso, cum

animis vestris ac horrebitis! Quam male utitur
 divitiis, quas improbo adhibito labore horrendaq;
 forsitan patrans scelera corrasit! Ut senex,
 qui baculo sustinet infirmo trementes artus
 ac cui caput canitie suffusum, frustum tribu-
 at panis, tantum ~~est~~ abest, ut potius illud det cani-
 bus devorandum ingeroq; auri pondus ad impium
 potius impendit finem, quam ut recreet famo-
 curisq; pressos homines! Non vero, nimis fisco
 lactis rebus, fortuna subito derelictus, ino-
 piâ urgetur, divitiis cœd, quibus carens eo a-
 trocioribus excruciatu doloribus. Similis som-
 niant, cujus mentem imagines ludunt læ-
 tæ quiq; insolito fruens gaudio subito som-
 no excussus a latrone jamjam pectus trans
 fossuro sese videt prebensum! Exerrabilis
 sare fors prodigi. - Repudate, amabo, cum
 animis vestris, quanto prodigius afficiatur
 dolore, ubi illorum, quorum planctui læ-
 tis adhuc rebus aires obstruunt diras, mise-
 ricordiam cogitur invocare, quiq; nunc par
 pari non referentes benigni miserum illius
 levant fatum! Et, quod multo atrocius,

infana facpius corripitur rabie, ardet furore mens,
 aestuat ingens imo in corde pudor, lacerat ora,
 pectora percutit, oculos torquet retorquendq; ac tandem
 post atrocem pugnam, horesco referens, lethiferum
 condit ferrum in lymphatum pectus! ^{hic prodigi}
 vitae finis! Et quibus omnibus eminet, ^{divitibus} non
 niti. Quas comparare licet, sed juxta modo ad modi-
 cas! Contentus enim animus nescit ingentes numo-
 rum acceros. Crescere amorem nummi, quantum
 ipsa crescat pecunia, quis est sapientium, qui nesci-
 at? Nec non divitias esse summi materies mali,
 vetus isq; clarissimus canit vates. Quodsi omnes
 improbas possiderent divitias, quot quantaq; se-
 querentur mala?

Non possidentem multa vocaveris
 Recte beatum; rectius occupat
 Nomen beati, qui Deorum
 Muneribus sapienter uti
 Duramq; callet pauperiem pati,
 Pejusq; letho, flagitium timet:
 Non ille pro obaris amicis
 Aut patria timidus mori.

Idem ille canit vates quidq; verius divi potest?
 Sexcenta insigne adferunt documentum exempla,
 multos, qui modicis adhuc rebus tranquillo ac
 contento degere animo, cum fortuna subito vul-
 tu

tu risit sereno cumq; improbas possidere diviti-
 as, infelicissimos esse redditos! Quae illis dici-
 mus, divitiis asperam vitae viam plane levi-
 orem reddi, qui crediderint! Animus contentus
 ac tranquillus facile vincet impedimenta in
 via per vitam exsuperanda! — Quibus illi
 carend, dulcissimis, quas dedit Deus, sanctissi-
 miq; fructus voluptatibus. Oculos quum con-
 vertit in opera, quae circum sita sunt, ag-
 noscit numen infinitum, quod illa creavit.
 adoradq;. Agnoscit, quanta sapientia, quan-
 taq; magnificentia sint instructa! At in-
 quietus animus, excitato conscientiae terribi-
 li iudice, aures obstruit cordis mentiq; voci
 monenti, minari super astra aeternum com-
 pensatorem, cui serius aut citius vitae ratio
 sit reddenda! Tranquillus animus mortem
 iminentem fronte expectat sereno ac tere-
 ri nescit. Sed improbus, cum pulsat mors
 tabernam, anxius trepidat, gelidus fluit san-
 guis per corpus tremorq; occupat artus, poe-
 nitentia cum sercentis illum incedit tor-

mentis tandemq; post gravem luctam desperans ab
 omni salute nefandum exhalat animum! Tran-
 quillus animus, conspiciens solem puniceum flam-
 miseris suis radiis complectentem terram, conspi-
 cians tremulam lunam caelo splendens sereno,
 pallidâq; luce temperantem tacitam noctem, con-
 spiciens, medios cum torquet nox currus, id au-
 reae stellae caeruleo confitae caelo purâ luce
 terram collustrans flammâq; vibrent tremulas,
 cum audit stridentem fremebundi turbinis iram
 cum videt crebris micans ignibus caelum horren-
 das flagrantia fulgura, cum inspicit sapien-
 tes, quas tulit Deus horrifanos vicens tonitrus
 ac fulmina contorquens terribilia, leges, admi-
 ratione concussus sentit, quod adoret, illius
 numinis magnitudinem exprimi nequire,
 Quas vero Omnes naturae delicias baud sentit malus
 partim, quia meditatur nova saeculis infecta confi-
 lia, partim, quia reorât illum conscientia male-
 factorum, addita nequitiâe tortura! Licet luxuriâ
 affluat, atras sumoturus curas, quoniam circumtu-
 lerit pedes, adra comes erit cura. Quin saeculis
 naves aeratas vitiosa cura: nec turmas equitum

relinquit, ocyor cervis Ed agente nimbo ocyor
 Euro, raroq; antecedentem scelestum deseruit
 pede poena claudo. — Execratur improbus diris
 verbis splendentem lunam quia impedit, quo mi-
 nus committat nefanda facinora. Tremid, audi-
 ens fremebundi turbinis iram, quia credit au-
 dire terribiles Dei minas! Timid, cum horri-
 ni orientur tonitrus Ed tempestas faevit horren-
 da, metuens, ne jam jam contorsura sit ius-
 ta Dei manus rutilum in ipsum fulmen! Me-
 tuid vindicam legum speratarum Deum. Tran-
 quillus animus somnians ambulat in elysi-
 is campis, accipit maemia, quae manent bonos
 dormidq; angelico vultu, cum irrequietus, quum
 torquet conscientia male factorum, tardari
 videt atras regiones, luctus ubi Ed durae po-
 suere cubilia curae, ubi pallentes habitant
 morbi tristisq; metus! — Ad tranquillius
 homo, licet lethiferae tempestates capiti im-
 mineant ac furant, faeviant ac effusae
 maximo in illum ruant cum impetu, con-

stans, fortisq; stad.

Ac veluti annosam valido cum robore quercum
 Alpini Boreae nunc hinc nunc flatibus illinc
 Eruere inter se certant: et stridor et alte
 Cangernunt terram concusso stipite frondes,
 Insa haeret scopulis: et quantum vertice ad auras
 Aethereas, tantum radice in Tartara tendit.
 Haec secus affiduis constans hinc vocibus Ileros
 Tanditur et magnas perferit pectore curas,
Mens immota manet. — —

Iterata voce exclamo, terq; quaterq; beatum, qui
 tranquillo utitur animo! — Sed, audio alijem dicen-
 tem, quibus rebus tranquillum nobis parare pos-
 sumus animum? Num forsan manus, quod arripimus
 a natura?

Qui mortalium salutem nec perniciem vult, benignis-
 simus Deus, cuiq; hominum facultatem tribuit,
 efficiendi, ut animus evadat tranquillus. Virtus est
 fons, (quod multi prius et supra dictis in-
 telleverint, quia tranquillus animus sine vir-
 tute cogitari nequit) Virtus, inquam, est fons,

et quo animi tranquillitatem haurire valeamus!
 Virtus caelo descendit, imago Dei infiniti, ut
 felices reddat homines! — Mortalis sapien-
 ter utere brevi, quod concessit omni-
 potens Deus vitae tempore longissimo sa-
 ne ad virtuti parandum! Breve quidem
 et irreparabile tempus omnibus est vitae,
 sed famam extendere factis, hoc virtutis
 opus. Quemque diem, quem degisti haec
 virtutis discipulus, perditum nata exemplum
 ante oculos ferens illius egregii viri, qui
 neminem tristem dimisit, quique unius tan-
 tum nefandi memoriam facinorosis mor-
 tem reddere acerbam moriens fatebatur!
 Qui virtuti aures praebet lubentes men-
 tem viri ac conscientiam quid est,
 quod turbidas reddere possit? Cogitatis
 jam, officio, quod tibi injunxit Deus, recte
 justeq; functus es, quam jucunda, quam

Dulcis? Ut acrio recetur curis mens receda,
 tantum quidem abest, ut potius dulcissimis fruatur
 gaudiis ac voluptatibus. Quando extremus,
 qui omnia aequa perdet libra, iudex est perocen-
 turus, ut mortalibus exposcat vitae rationem,
 tunc scelus praeclearissima vincetur a virtu-
 te victoria! Laeta sane sunt praemia vir-
 tutis; difficilia vero eluctata, non mollis
 enim ad aspera via arcta fert in caelum,
 lata est, quae ducit in ororum virtusque non
 nisi sudore paratur, ergo et tranquillitas
 animi difficilis comparatu. Quod sane sapi-
 entissime a Deo provisum. Dulcissimae vo-
 luptates, purissima gaudia summo acquiri
 debent certamine, cum etiam in agro co-
 lendo, qui copiosissimos fert fructus, mul-
 tum effundatur sudoris! - At enim si illa,
 qui ^{bus} virtutem acquirere possumus, facilia
 forent eluctata, omne mortalium genus

felix beatumque reddi possed! *ast*, quid
 foret tunc virtus, si quisque homo facile
 caecoceret virtutem, quis altero melior,
 quantum pretii perdidit virtus ipsa? Quis
 tranquillitas animi? Num vir, qui multo
 sudore comparata virtute dulces sub pec-
 tore sentit motus, quam celerime facilis-
 simèq; nactus virtutem animiq; tranquill-
 itatem, num ille ad metam ostendens
 vulnera, quae accepit atrocem pugnam
 cum scelere pugnans, etiam exclamare
 possed: Beatus sum? Quoniam abiret
 beata virtutis conscientia, quoniam
 virtus ipsa, Dei umbra infiniti, nam,
 virtutem sibi parare, ipsa virtus!
 Exsiccaturum censeo fontem moralium
 voluptatum. Quo gravior enim est quo
 major cum scelere pugna, quo cre-

brior cum scelere liorta, eo recentiores ac majores sunt voluptates. Quo facilior ac celerior illa, eo certius celeriusq; exsiccet voluptatum moralium fons! —

Quam beata fuit aetas illa, ubi virtuti omnes adhuc parebant, ubi ergo adhuc vera inventa animi tranquillitas! Convertamus, quaeso, oculos nostros in ortum modo humanum genus, conspiciamus, amabo, regna sanctae innocentiae, tunc dulces sentiemus sub pectore motus! — Ambulabant innocentes licet rudes homines corporibus junctis per roseos hortos, per amœna arva gradatq; rura induti innocentiae vestibus. Formosus juvenis purus adhuc jacebat in sinu roseae puellae. Tunc amor, qui sancto vinculo multos jungit homines, haud fucata indutus veste sexcentos felices reddidit mortales! Tunc ex arbore mel copiosissimè

me

me defluens tutus sub tegmine illius for-
 buit recubans juvenis! Ver erat aeter-
 num, blandiq; repentibus auris mulce-
 bant Zephyri natos sine femine flores.
 Illic turba egregiorum juvenum ac
 formosarum puellarum resora omnis cul-
 pae puro se in fonte lavabat libidinum
 igni nondum correpta! Illic in um-
 brifero nemore, quod murmurantes ri-
 gant aquae, par amoris vinculo jun-
 tum ambulans auscultat flebiles Pri-
 lomelae cantus! Illic tutus ab infes-
 to venatoris telo laetus persequitur cer-
 vus + cervam haudq; procul simplici dul-
 cig; cantu laudat adoratq; juvenis be-
 nignissimum Creatorem! Nullius adhuc o-
 culi diros conspexere milites, in societa-
 tem enim mortalium nondum jactum
 erat discordiae semen. In campo

haud conspexeris agricolam sequentem a-
 ratrum. terram secans, haec enim copiosi-
 ssimos tulit fructus vel inculta. In
 omnium adhuc pectore sanctas tenuit
 sedes animi tranquillitas. Aridens
 adhuc stetit mortalium genius vultusq;
 dimisit hilares in laetam ac innocentem
 mortalium societatem. — Aurea revertere
 aetas, felices redde degeneratos homines!
 Qui mos inter se conuenere, terrae bo-
 na partiri. Nunc nefando modo in
 societatem humanam irrepfit invidia
 furtumq; scelestum. Jam agricola plus
 terrae aratro secans, quam fas erat,
 vicino abstulit aliquid boni, qui illum
 deprehendens abusus jure potentioris
 irâq; accensus caeca forsitan interfecit!
 Illi, qui diligentiam multoq; effuso sudore
 agrum reddidit fertiliorum, jam inuisum

est, quin ^{vita} ~~maior~~ illius petita. Jam uxor
ardenti ~~optabat~~ animo mortem mariti
pauperioris alio, quem commodiorem pol-
licitum vitam, flagrante cupit animo. Jam
filius resanā expectavit cupidine mortem
patris aegroti, ut homo sit sui juris, quin
veneficā plantā vitā illum praeavit. Qui-
bus sceleribus adducti, ferreus coacti ne-
cessitate homines iudices creavere e medio,
qui ingenio ac virtute ceteris antecellere,
quiq; fortasse antea litem inter duos aut
plures coortam cete composuere, certe com-
ponere praestabant. — Argentea revertere
aetas, si negatur aurea! Longius enim,
nunc remota est tranquillitas animi.
Iudices, ut supra diximus, jam erant con-
stituti, qui iuste aut minus iuste judi-
cabant. Nunc iudice potentior forsitan
quidam, legibus ab illo latis parere

noluit. Cujus vestigia prementes ceteri disere.
 Perosi hic cervicem ad legis jugum imponen-
 dum, haud lubens praebet et nos haud obstric-
 ti sumus judici parendo! Quod contemptus
 jussuum, quos dedit magistratus contemptusq;
 hujus ipsius initium fuit! Alios igitur homi-
 nes constitui oportebat, qui subditi judici
 hunc in exercenda justitia debuissent adjuva-
 re! Qui cum haud infestis armis in com-
 ponendis atq; dirimendis saepe litibus nil pro-
 ficerent infestioribus quin lethiferis saepe
 armis fuerunt instruendi, ut terrorem injice-
 rent inobedientibus. Quorum forsam aliquis
 ira accensus hominem, qui legibus respon-
 dere noluit, fortiter resistentem interfecit,
 qua caede omnium seditio facta. Ut
 coerceat tumultum, per seditiosas penetran-
 tem ceteroas judicem fortasse vir ruidis,
 quiq; illum aegerime tulit, saeva manu
 neci dedit. Sic sanctissima laesere judi-
 cis

cis jura. Qui constituti erant, ut irrum-
 pentibus in societatem hominum vitis
 mediâ occurrerent viâ et, ut per adhuc riu-
 dem licuit ingenium, ostenderent, quae
 sint committenda ac quae agenda quibusq;
 nomen sacerdotibus. Illorum forsâ alii
 quis veris licet duris verbis alium appe-
 tum hominem, multa enarrans patra-
 ta facinora, cohortatus est, ut reverte-
 retur, in viam virtutis. At ille coeca
 offusus caecie hunc impia forsâ truci-
 dando manu, sancta laesit jura religio-
 nis (Quae eo quidem tempore plerumq;
 in externo cultu divino sola posita e-
 rat.) Diem supremum obiit iudex, sa-
 pientissime functus munere suo, et ut vi-
 tutibus patris in filio adhuc praemia po-
 nerent, creavere hunc successorem illius.
 Quod erat in multis civitatibus initium
 regiae dignitatis. Filius patris successor,

qui se ipsum adjuvarent in exercenda justitia,
 mox plures elegit, quos tandem ipse alius,
 cum prius a populo sustinerentur. Sic tandem
 credo, milites exortos in civitate, cui praece-
 rat rex. Ubi primum exercitum licet parvu-
 lum conscribere valuerunt judices, quo riti
 potuerunt, immodica usi sunt ac impotente
 in populum potestate frustra vetera sanc-
 tissima jura invocantem! Sic reges multi for-
 san exorti. (Sed populus quoque ipse viro prae-
 ceteris eminenti regiam deferre potuit potes-
 tatem regiosque honores!) Sub quorum sapi-
 enti imperio populi florebant vigebantque.
 Non amplius desiderabant libertatem! Quin
 commodiores ac feliciores vivebant, sapientibus
 quia tenebantur legibus inque modicos clausi
 carceres! Atque mox reges exagitabat magis
 magisque desiderium, plura possidendi. Senti-
 entes, dolo astutiisque nil proficere, refugere
 ad alia. Sic bellum saepe exortum! Nunc

frater fratrem, cognatum occidit cognatus ac ubi prius spiccae horriente arvaq; ridebant herbifera, nunc stillant enses sanguine illorum, quos benignissimus Deus creavit, ut corporibus iunctis viam peragrarent vitas! — Ad exemplum regis compenebantur aulici, qui subditos mox et bonis et victu et divitiis privabant! Abs quo leges forti erant defendendae tutelâ, quin, qui ipse tulit, illis haud parendo effecit, saepe, ut spernerentur! — Exemplo potentiorum mox sese accommodavit populus. Forsan alicujus, qui vidit legislatorem, ipsarum, quas tulit, contemptorem legum, nefanda patrantem facinora, — forsan, inquam, alicujus in mentem venit cogitatio: Tanti momenti esse nequit, si legislator ipse in agendo sententiis haud respondet!

Plor omnibus aperta fuit via sceleribus et
 jam ingenti cum impetu irruptura erant
 in societatem hominum; ast mortalium
 genius gravem cum illis pugnavit pug-
 nam victorq; jamjam discessurus a morta-
 libus ipsis victus fugit effuditq; ad aram
 mortalitatis cruentas lacrymas! - Negata
 et argentea aetate, ut in hanc saltem nos
 transferat, creatorem ardenti petamus
 animo! - Sed nunc ingenti cum impetu
 dira scelerum turba invasit mortales;
 videre est, pallida cum temperat luna obscuram
 noctem, dira in nefanda abjecta loca sanctorum
 capita virum, qui secessos, omisso erga Deum
 hominesq; officio, faciva interfecere manu!
 Sexcenti clauduntur in carceres nullaq; relie-
 ta est spes, inter homines hominibus afferre
 emolumenta! Quos felices vult Deus homines
 Deo in agendo obstand ac infelicissimos sese
 reddunt! Nunc innocentia, optimo sanctissimq;

quod dedit Deus, murene privat juvenis puellam,
 nunc mortalium cor, splendidam olim sedem
 lucidae innocentiae, habitant nefandae cupidines
 profanaq; scelera, diro modo praegessit foenera-
 tor lactas fratrum res reddere. Quae omnia
 ut brevi dicamus:

"Aetas parentum pejor avis tulit
 Nos nequiores, mox daturus
 Progeniem vitiosiore."

Ne non genius mortalium victus ab ira,
 vindicta, libidinibus, invidia, avaritia, con-
 tumelia ceterisque, quae nominare nequeo,
 criminibus fugit in altiores purioresq; regi-
 ones ad tribunal Dei infiniti orientamp
 noscit de hominibus vindictam. - Sed spero
 sanctamq; puto veritatem, habitare super
 astra numen, quod sapiens libensq; debili
 ignoscat mortalitati! - Nunc sanctas te-

net sedes tranquillitas animi in paucorum corde.
 Deo sit laus ardentesque habeamus gratias, homines
 adhuc esse, qui pareant virtuti. Quae enim ae-
 terna, ut Deus aeternus! — Omnibus, quae memo-
 ravi, sceleribus nullo perniciosiorem esse libidi-
 nem. Incitat infantem quondam juuenum, ut
 perdat innocentiam debilis puellae, quae ut occul-
 tum manebat de decore, indicem huius infantem
 saeva trucidat manu! Ita est libidine caedes!
 Niveis dilectidinisque pingit coloribus uxor delicias,
 quas carpere possit complexa alium, et ita
 uoce sacrosissimum, quod dedit marito, laedit
 iuramentum. Debilem allucit juuenum ad alta-
 re suum, quod secentos exhalat odores. Qui
 libenti parendo animo pulcherrimas effundens
 vires, quas dedit Creator, ut afferret societa-
 ti humanae emolumenta, se ipse occidit.
 Nunc, qui ardenti sed illicito amore aliam
 complectitur, marito pulchros ostendit effec-
 tus, qui eadem uore remota, ac stultus,

ne laedat juramentum, quod dedit uxori,
 potius hanc sincero ipsum prosecutam
 amore diro dat letho, amatoque indignam,
 quae citius aut ferius occisam ulciscitur
 uxorem! — Libido sane omnibus pernicio-
 sior sceleribus, te enim auctrice et oriun-
 tur dira caedes, pallida invidia, irrequi-
 da avaritia ceteraque pene omnia crimi-
 na!

In omnibus civitatibus facillime illam pu-
 niri, sane miramur! At enim si maritus
 uxorem aut filius patrem illicite
 adductus amore occidit, non libido, sed
 caedes punienda! Sed reputa, quae sumus,
 cessantibus caussis etiam cessare effectus!
 Incestus libidinis ignis si vocas et a-
 trociores, juvenis innocentiae puella in-
 terentor haud efficeret, ut illa omni

infidi deposita spe ferrum condat lethiferum
 in eburneum pectus, quod volentibus annis
 pulchros lacte forsan nutrifset infantulos!
 Privignus amorem, quo prosequitur noceram,
 coereere praestitens haud veri daret atrocis patrem
 benignum! At enim libidinis vercaum tam
 dulci saepe utitur vi, ut nemo illi resistere
 possit! ego, quem durus repulit divitis janitor
 quique se alere nescit, ubi grandaeous vir immi-
 net cumulo fulgentis pecuniae, num in-
 citamenda minora, licet diversi generis?
 Num innocentia puellae maximo pecuniae
 cumulo scit comparari? At enim haud
 sanum, homines atrocibus poenis in viam
 reducere virtutis; proprio illius sensu coer-
 ti debent! Quod vero et in ceteris efficiunt
 casibus iudices: hominem qui occisurus est,
 terret sanguineus carnifex cruentumq, sup-
 plicium, furem patibulum micans, patrem

neqi daturus timet, ne membra rotâ confin-
gantur! Et magni sane momenti eudem
incultumq; hominem, docendo ac ostendendo,
quam sint execrabilia scelera, in meliorem
reducere viam! —

Concertatis, amabimus, oculos in majores
nostros, qui puellae innocentiae interem-
torem neqi dederunt, quam rar^{us} fuit?

Iterum iterumq; beata aurea aetas reor-
tere, felices redde mortales, praebe illis po-
culum sinceri amoris, ut bibant ex illo
dulces piaseq; delicias, te enim in terram
reduce revertitur quoq; in omnium pec-
tus tranquillitas animi!

Quod ut contingat, sit vobis, mortales, animus

rerum prudens et secundis temporibus dubiisque
 rectus, vindex avarae fraudis. Florestum praefe-
 ras utili et per obstantes ceteros, quae rectum
 tentaturae sunt animum, explicita tua victor
 arma.

" Virtus repulsae ne scia sordidae
 Intaminatis fulget honoribus:
 Nec sumit aut ponit securus,
 Arbitrio popularis aurae.
 Virtus recludens immeritis mori
 Coelum, negata tentat iter via.
 Coetusque vulgares et adam
 Spernit bumum fugiente penna!"


Pio prosequere amore proximum, sic vult recte
 judicaturus Deus, dulce est, sancto amoris vinou-
 lo jungi. Quodsi cum animo meo reputo gaudia,
 quae carpsit ille mendicis amatus, tunc dulces
 sentio sub neotore motus! Quippe qui aluit
 canem, animoque sincero, mendicando acquisitum
 panem cum illo est partitus quisque interrogatus,

cur nutriat canem, respondit: Illi habeam,
qui me amet! - Dulce est, amicitiae vin-
culo jungi corporibus, junctis viam per
vitam peragere! Quodsi fortuna saevo
lacta negotio et ludum insolentem lude-
re pertinax transmutat honores tuos, si
celeres quatit pennas, resigna, quae Sedit,
tuamque virtute te involve, probamque pau-
periem sine dote quaere!

Jureis in viris dubius stas, dextra casta modestaque
monet virtus. Sinistra blandis ac libidinosis te
allioit verbis foelus! Lata est via amoenaque, quae
ducit ad Orcum, floribus late diffundentibus
dulcem odorem, obfita. Quam ne carpas moneo,
horredus enim exitus manet in illa ambu-
lantes! Ecce foelasti fatum. Ex uno sese
demittit in alterius foelasti complexum.
Evanescent vires iteratis deliciis, cum su-

mus in auras, nefandaq; tandem prostratum
 morbo mors ipsa horret tangere, donec diris tan-
 dem verbis scelestum efflat animam.

Quodsi vero viam, quae dextrâ fert ad astra,
 neglectis carpis spinis doloresq; aequo pateris
 animo, dulcissimae purissimaeq; te manent deli-
 ciae, sic promisit, qui mentiri nescit, verissi-
 mus Deus. Virtute, magnâ duce, viâ absolutâ
 respicere vales, altâ exultans virtutis conscien-
 tiâ. Quo pedem transtuleris, tranquillius tibi
 comes erit animus, aeternâq; beatitudo viridi
 circum tempora florebit, corona magnâq;
 laus omnium piorum in meliorem vitam
 te est profectura !!!



f. 56.

Oratio de facultatum profu-
sione habita, et ex summa Di-
rectoris Gravissimi benevolentia
inscripta

a
C. F. Hincz Th. Sc.

Idibus Julii
MDCCCIV.

158.

Qui
fama
dulle
folle
tibr

159.
Director Gravissime!
Socii Honoratissimi!

Qui præter probitatem, probitatisque
famam satis habet, unde vivat, quam
dulcem et jucundam degit vitam! A
solicitudinibus, frontem plican-
tibus, crinesque dealbantibus, que

furia infernales dentibus acutissimis,
 quibus resistere nihil potest, vite radicem
 adrodunt, ac sepe, optimis viribus corro-
 dunt valentem, haud tortus, nunquam
 mantica baculoque viatorio captis, mi-
 seris intēdens vestibus, quadam parva pa-
 nis frusta sibi mendicare cogitur.
 Ei nunquam, e divitum domibus fuga-
 to, coelum erit tectum, nec terra durum
 cubile. Nunquam vestibus carens tem-
 pestatibus, ventis, imbribus, solis
 ardori, hiemisque frigori erit obnoxi-
 us. Imo, facultates, labore, ordine,
 probitateque acquisite, satis adver-
 sus

inopiam vexantem, et curas torquentes eum
 defendente. Perfecto diei labore contentus, tran-
 quillusque intra suorum circulum Pilearem
 reverti potest, ubi secura latitia urbanaque
 joti eum expectant, et intrantem expan-
 sis excipiunt brachiis. Cuncti jam fa-
 cultatibus probe comparatis contentissi-
 mi, et de futuro tempore securissimi sunt.
 Atque, ut in ipsum quoque latitia redun-
 det, quem omnes maritum, patrem, domi-
 num, fortunaeque prosperae auctorem vene-
 rantur, singuli student, ne frustra, quo-
 riam conscientia adprobationem latitia
 comitatur, qua ab hodierno refectus la-
 bore

effimil
 radium
 s cora
 rquam
 tes, mi
 arae pa
 tur
 foper
 durum
 s tm
 lis
 nesi
 ne
 rdoe
 sus

ad craftinum firmatur. Temperante
 animi tranquillitate simplex conditur coe-
 na; recti conscius dulci placidoque somno
 fruitur. Natura copiosa pulchritudines,
 quam alte ejus animum movent, qui earun-
 dem ad spectu et contemplatione ad Dei
 sapientia benevolentiaque admirationem
 ducitur. Talia sentientem, erga miseros
 pauperesque peccus indurare posse, aut
 mala et calamitates aliorum aequo animo
 esse laturum censes? Nequaquam! Qui
 afflictos arguet, pauperibus succur-
 rat, confectos reficiat, desertos conso-
 letur, semper erit paratissimus. Vix
 ab eo servatorum hominum pro ipso
 agens

salute precationes votaue pulcherrimi flores
 res sunt in hujus pii virtutis corona, quor
 rum dulcissimum odorem spiritu haurit.
 Ad que si accedat valetudo prospera,
 equaliumque de se bona existimatio, nonne
 hac jam in terra aternitatis felicitatem
 presentiet? Eheu, humana societas, si tal
 libus consisteret membris, quam jucun
 dum foret, hac in terra elegere vitam! Ge
 motis ab orbe, que vita calicem amarum
 reddunt, furis, in unum humana so
 cietatis partes congruerent. Tot, proh
 dolor, tam multa adhuc invenimus,
 que horrificam gignunt discrepanti
 am,

e quibus unum modo, facultatum profusionem, elegi, de qua, Tua, Director Gravissime, benevolentia, et vobis, Socii condecoratis, si^{mi} annuentibus, verba facere mihi liceat.

Primum: Civitati prodigum,
Deinde: Sibi met ipsi nocere
ostendam.

Sicut in familia quadam maritum
cum uxore, cumque his liberos con-
sentire et famulos jussa exsequi,
eoque modo quadam familia mem-
brum,

ut ad societatis finem, communem omnium
 fortunam, perveniant, efficax esse oportet.
 ita singulos quoque cives summo opere om-
 nique virium contentione comadis, quibus
 fruuntur, dignos se reddere fas est.
 Quid enim homines singuli essent ef-
 fecturi? Ne casam quidem, ut adversus
 tempestatem, frigusque se defendant,
 exstruere, nec vita necessaria sibi compa-
 rare valerent. Contra, quantum homi-
 num multorum coeunatio efficere
 potest, in qua suis quisque officiis fun-
 ctus, unum ad finem spectans, propo-
 sito

propius semper accedunt. Nostrum ne-
 minem fugit, quam multum universa flu-
 minis moles, quam peram e contrario sin-
 gula ejus particula valeant. Sapientis-
 sime igitur nostrae civitates instituta
 sunt, in quibus magnis singuli fruun-
 tur commodis, quorum extra illas ex-
 pertes forent. Qui iidem plane otiosus
 fuit cupiret, quam perfidus est atque
 ingratus! Annon haec ex consociati-
 one tanquam membrum inutile ex-
 pelli meretur: quemadmodum a fer-
 tili arbore inutiles mortuique ra-
 mi

remouentur. Sed quanto magis hoc merebitur, si civitati nocuerit. Nam non solum ipse aliorum salutem non adiuvat, sed aliis etiam obstat, quo minus civitati proficiant. Talis est prodigus, honorifico Civis nomine profus indignus. Ipse enim notionibus, quibus civitati serviat, carens, quas si haberet, et peritus esset, nunquam ad hocce vitium se demitteret, alios etiam a publicis prohibet negotiis. Quippe nil nisi voluptates crepantes et tumultuantes expetens, splendorem suum aliis ostentans, eorumque admirationem

in se convertere cupiens, libidinum suarum
 socios querit et, prohi dolor, plurimos invenit.
 Nam lauta mensa jam multos contra officium
 facere sollicitat; cuius odor adeo eorum sensus
 alliecit, ut qua olim in domestico circulo
 fruebantur, contempta, illa semper uti malint.
 Quem ad finem adulationibus modo se per-
 venire posse persuasum habentes, et, inge-
 nio ejus semper obtemperandi gratia, publi-
 cis negotiis se subducunt, ad humillima
 quaeque proxi, illum quasi Deum venerantur.
 Tandem splendore studio et facultatibus
 effundendis omnes exceditur terminos, de-
 licato eorum palato, quos sincerissimos a-
 micos

1094
putat, satisfactorius. Atque illi ejus libe-
ralitate sive stultitia utuntur, in omni-
bus heluantes libidinibus, donec postre-
mo e robustis viris ad sceletum usque
flaccefrant, et corpore et animo obtusi.
Tunc, ubi trepidante gradu in pristi-
num revertuntur domicilium, vite ibi
reliquam, tardiore poenitentia torti, gemen-
do consumturi: cheu! quam terribilis
miseria eos expectat, fuma jam onosia
et maxima paupertas, curis consumta
suorum corpora in aperto sunt.
Quo enim tempore pater familie tam

luxuriosam et dissolutam vitam agebat, do-
 mus, domino carens, sine ordine administra-
 ta, imbecilla uxoris manus, imbecilliores
 adhuc propter curas de mariti luxuria,
 multas fortuna adversa plagas avertere
 haud valere. Sollicito anxioque animo
 vidit, ut primum maritus ob neglectum of-
 ficiū stipendio privabatur, ut dein ex-
 igua facultates sensim paulatimque di-
 labebantur, ut denique omnis suppellex in
 foeneratorum iniquas manus demigrabat,
 et ipsis nil supererat, nisi ut mendicent.
 Hac fere in conditione luxuriosus suos
 desprehendit, qui, ad desperationem us-
 que adducti, postremo civitatis opem

implorant, quae si benigne instituta fue-
 rit, illorum miserebitur. Ita prodigus civita-
 ti damnum adfert, opes publicas iminuen-
 do, unde familiae, patrum luxuria ad men-
 ditatem redacta, alenda sunt.

Sed et sibi ipsi prodigus detrimento
 est. Quamvis enim tumultuantibus circum-
 datus libidinibus non semper tamen otio-
 sus esse potest. Atque horrida sunt
 hujus otii momenta. Namque conscien-
 tia, quamquam tot voluptatibus ad
 tempus sopita, eo fortius tunc ex-
 pergefata,

ut scelerum poeniteat, ad monet. At ipse,
 humillimo rerum sursum subjacentium ser-
 vitio unice obstrictus, illis abdicare ne-
 quit. Quare conscientia monita novis
 luxuriis obtundere studens, volupta-
 tes voluptatibus cumulans, nulla earum
 diu delectatur, natura ipsa haud feren-
 te immodica et extrema. Continua hac
 libidinum permutatione, variisque lu-
 xuriandi modis ad extremum enerva-
 tus, aeger, sibi que ac Deo aliisque
 hominibus inimicus, eoque ipso de-
 terioris adhuc conditionis, post bre-
 ve tempus in ea jam aetate, qua

debet esse efficacissima, infelicem vitam
 abrumperet. Eheu, quantum ad vivendum
 spatium ~~ipfi~~ superfuit set, quam hilaris
 musarum ductu, ingenium magis magisque
 instruere, quam multis infelicibus futu-
 rere, quam felicem ipsius familiam red-
 dere, quam denique bonus civis esse potu-
 isset! Neque vero ille felicitior predican-
 dus erit, qui, moribus similis, corpore
 validior, longius vitam producit.
 Quippe, quo longius vivit, eo certius
 us ejus opes sunt interitura. Nam
 gutta enim cavat lapidem, non vi sed
 saepe cadendo, quanto magis profusio
 continuata fortunas devorat.

Splendor enim est magnificentia flamma
 similis est, quae magnis cum ignibus
 ad sidera tendens, eo celerius ~~appressa~~
 exstinguitur. Sicut Tearus petulans, ce-
 reis cum alis radiantem solem petiturus,
 in maris profundum submersus, avi-
 dis a monstros marinis exceptus fau-
 cibus, nunquam postea benigni solis
 lucem conspexit: ita prodigus, are-
 is quasi alis supra alios homines se
 elaturus, brevi temporis spatio,
 consumtis opibus, sui ipsius mole
 deprimitur. Quid est tunc, quod a
 desperatione miseram tueatur? Ni-
 mis ignavus ad calamitates forti

animo ferendas; nimis effeminatus ad
succipiendos labores; nimis etiam imperi-
tus ad rationis solatia requitenda, morta-
lium infelicitissimus est.

Nisi jam in prima aetate destinationis suae
imemor fuisset, nisi juvenis notiones
veri rectique sibi comparare neglexis-
set, nisi tempus terendo prodiga-
litate jam profuisset fundamentum,
nisi meliora monentem praeceptorum vo-
cem per levitatem contempsisset, sane
nunquam in talem miseriam prola-
psus foret.

Colligamus igitur iustas rerum notio-
nes, ne, illius instar, a destinatione no-
stra aberremus, sapientibus praecepto,
et eorum monitis obsequamur, ne fallax
veri bonique species nobis illudat.
Tempore recte utamur, ne justo tardi-
us amissi nos poeniteat.

177.

Pro salutaria Societate

oratio.

1804.

in notis
tionem
acceptis
fallax
lati
tardi

Carolus Henricus Pauli. Salsaviensis.

Director gravissime, Socii honoratissimi!


Ex omni saeculo aetate hominis praecipua ac potentissima
pars est juvenus. Quare et Virgilius, plurimum,
inquit, interest in horis consuecere. Nam
usus rectus juventutis ducit atque praeparat
nos ad illas viriles occupationes, e quibus, quasi
fontibus, utilitatem fortunamque totius
reliquae vitae homini oportet. In ea nempe
aetate quaecumque sive corporis, sive animi
vires exercendae atque excolendae sunt. Attamen
multo praeclearius esse confes, ea ingenii quam
corporis facultatibus gloriam quaerere. Nam
ut Salustius ait, nostra omnis vis in animo
et corpore sita est: animi imperio, corporis
servitio magis utimur. Alterum nobis cum
Deo, alterum cum bellis commune est.

Arminius quidem omnes nostros conatus ita regit, atque
disponit, ut destinationi ac felicitati, ad quam omnes
emittimus, respondeant. Quare imprimis conuenit, in
haec iuuenili aetate impelli arminium ad quascunque
subsidia comparanda, firmiter proposito obtinendo
inseuerentia, usque diligentissime uteris adhaerere.
Magnam vero commoditatem ingenii excolendi
per poliorumque linguarum, quibus olim florissimae
gentes usae sunt, notitia continui exploratissimum est.
Sed ceteris omnibus Romanorum sermo praestat,
quod clarissimorum ingeniorum monumenta quam
plurima eodem exercitata, usque ad nostra tempora
seruata sunt. Jam quum Societas Vestra eo potissimum
tendat, ut ipsae linguae studiosi adiuuentur, matureque
suis ^{uon} magistratibus, qua maxime se committat, adhaerant;
nihil sane ea utilius et optatius esse potest.

Ego vero, cui benignitate vestra Sodalitas vestra
adjungi contigit, mearum partium esse duxi,
data mihi hac prima dicendi potestate, quamquam
brevis et incomposita oratione resurgetes vos
salutare. Ego enim omnium mortalium
ingratissimus, nisi vobis, tibi maxime gratissimus
Director, pro hoc in me collato beneficio gratias
maximas persolvam. Talem me in omnibus
rebus praestitutum, qualem praesolari hujus
Sodalitii, quod ut quam diutissime floreat,
ea imo pectore opto, deus dignitasque
postulat, sancte pollicor.



Palatio Vaticano
In diebus
quibus
inter
talem
me gratia
licet gratis
et omnibus
magis
fuerit
que



Oratio

de mortalium destinatione
in terris

habita Gal. Sept: MDCCCIV.


atq; 25^{ly}

Ex summa Directoris gravissimi benevalen-
tia

inscripta

a

Beech. St. Jur. utr.



... ben
... pientia
... nae na
... ceo
...
... medica
... gnita
... ta alta
... pientiff
... non

Director gravissime,
Socii Condecoratissimi!

Quae benignissimus mundi creator tanta instituit
sapientia, quum considero magnifica opera
almae naturae, concussus sentio, numen, quod
illa creaverit, esse sapientissimum benignissi-
mumque. Quippe illa opera mille vocibus
praedicant auctoris sui sapientiam atque
benignitatem illaque contemplantibus nasci-
tur alta Dei infiniti cogitatio adoratioque.
Sapientissimus sane est creator illorum
nec non benignissimus, ergo etiam finis,

ad quem creata sunt, sapiens atque benignus esse debet. Quippe jam conspicuus ordo variisque usus rerum, veterum imperfectionum ⁱⁿ facultatum qualitatumque atque novarum acquisitionum perfectiorum, nos edocent, id, ad quod res aliqua a prudente creatore producta, aptissima sit, rei illius destinationem esse, optimumque numen unamquamque rem ad sapientem sane benignumque creasse finem. — Mille coloratus sol, cuius miti calore omnia recubiscunt, luna, tacitae amica nocti, quae tremulum lumen praebet derelicto viatori, inmensa astrorum coeli vagorum multitudo vastitasque, quorum singula uno semper ordine nec inane feruntur coelumque trans-

currunt passibus aequis, ad quem creata finem,
 num aeterna sunt an teget illa nox oblivionis
 atra, quod spatium capiet ruinas illorum?
 Quem ad finem creatae sunt plantae, quibus
 insunt vires salubres, roburque invictum pinusque
 montis, ad sidera quae caput tollit? Quae
 est destinatio infinitae multitudinis anima-
 lium, quibus indidit sapientissimum nu-
 men syllogismorum loco facultatem,
 expectandi casus similes, sese movendi,
 quocumque velint, res clare sentiendi com-
 parandique ad vitam sustentandam ne-
 cessarias res, quas omnes facultates in-
 stinctum vocamus? Ad quem finem cre-
 atus est leo, ferarum rex magnanimus,
 canentes excutiens cervicem toros fremensque
 ore cruento, equus bellator, qui haud ine-

tuens sanguinem pugnamq, transcendit cada.
 vera calcibusq, verberat auras, lanigerumq,
 pecus, avidis petita praeda lupo vermibusq,
 innocuis, foedo in pulvere volens? Quos
 omnes ad certum tamen finem destinatos
 esse oportet a maximo Deo, quippe rerum
 vicissitudinem animum advertentis spon.
 te in mentem venit cogitatio, omnia,
 ut metam aliquam praefixam eluctentur,
 sibi operam dare. - An umbrae tantum
 sunt, quae oculos nostros ludunt? Licet
 hoc sit, creata tamen essent, ut oculos no-
 stros fallerent! Num vivunt aut creata
 sunt, ut perire possent? Siquamvis licet,
 hoc ita esse, destinatio illorum foret ino-
 acerba! - At hoc sane repugnaret con-
 tra sapientiam creatoris maximi! Quam
 ad finem descendit virtus, Dei imago

infiniti, de caelo, quae comes it omnibus pro-
 bis in sortem ultimam rerum? Num, terribi-
 lis cogitatio, umbra tantum, quae mentem no-
 stram falsis ludit imaginibus, num dulcia
 illa gaudia, quae haurimus ex fonte virtutis,
 eorum de genere sunt, quae via percepta eva-
 nescent vitiosque serius diram in corde illo-
 rum relinquunt poenitentiam saepiusque,
 cheu, desperationem, qui fructu hunc comple-
 sibus vitiorum incestis? Qui, de hac opini-
 one, quae obstinatissimae nequitiae quin
 desperationis saepe indicium, sibi persuasum
 esse, putant, fremunt contra sanctam
 Dei omnipotentis benignitatem, sed, quid dico,
 num fremere possunt contra numen, quod
 negant? Quippe, qui virtutem, quae
 ipsa sibi victum fatosq; omni major est,
 nihil putat, sane etiam, quod omnes

in se conjungit virtutes, numen negare de-
 bet infinitum! — Omnia ergo, quae
 creata sunt, efficiunt aut propria sola,
 agendo vi aut alia in agendo adjuvan-
 do, omnia ad metam praefixam perve-
 nire nituntur, omnia enim ab infimis
 incrementis originem ducunt ac tandem,
 omnibus, quas potuerunt, in se conjunctis
 facultatibus perfectionibusque, metam praefi-
 xam nacti satisfaciunt destinationi. —
 Aest, quae prius memoravi, de illorum
 omnium destinatione, non in animo
 mihi est differere, praesertim, cum post
 ea peropportuna mihi sese allatura sit
 occasio, de virtute plura memorandi,
 sed ad altiora gravioraque illis memoran-
 dis ducere volui. Aest sic res se habet, fa-

pius homo alia contemplans sui inemor
 est. Quippe nunc in illam altiore[m] gra-
 vioremq[ue] incido quaestionem, reputans
 me ipsum hominisq[ue] tam sapienter institu-
 tam naturam, quare, Tua, Director, gra-
 vissime, pace, vobisq[ue], Socii carissimi,
 annuentibus explicare conabor, quae sit
 hominis destinatio in terris!

Creator omnipotens quam magnum jam
 perfecisset opus, quum splendidis suis operi-
 bus munia jam divisa essent solq[ue] pur-
 pureo terram fecundis suis radiis com-
 pleo[n]s jam esset stellaeq[ue] decorae jam
 sustulissent rutilas faces, e manibus il-
 lius benignis exiit homo. Lucem, umbram
 sui quamvis evanescentem, splendidissimis

instruxit facultatibus, ab incunabilis in
 aetatem usq. grandaevoam excolendis. Quas
 homo si avri exerceat tenore, summum
 eluctari posse humanae rationis mentisq.
 gradum, insigne afferunt, qui in histo-
 ria scientiarum haud fucato splendent
 lumine, documentum viri. Certo, rati-
 onem tribuit omnipotens numen homi-
 ni dilecto, ut ita dicam, suo, facram
 divinae mentis imaginem, qua duc
 opera contemplans circum se sita, sa-
 pientiam atq. benignitatem intelligere nu-
 minis infiniti, quia in se ipso mani-
 festa almae benignitatis creatoris sui
 vestigia invenire valeat, qua ductus
 dignitatem suam altam noscere ardeat,
 dignitatem illam, quae jure nobis tri-
 buit, inter praestantissimas Dei creatu-

ras nos numerandi. — Flomini quoque igneusest
 vigor, quo incensus ruit per ceteros obstantes
 hostium caedas fortisque victor, per illas ar-
 ma sua expedit, aet homini dedit omni-
 tens Deus et alium igneum vigorem, qui
 arma potest superare, horrida, qui vincit
 victorem victumque, qui sexcentos scelestos
 una tanquam voce prostratos a lata in-
 sidiosi sceleris via in angustam pul-
 chrioris virtutis semitam jubet reverti
 bellaque minaque horridae pugnae quiescere,
 igneum nobilemque vigorem, artis oratoriae
 ignem. Os homini dedit sublime coelumque
 tueri iussit, et erectos ad sidera tollere
 vultus, dedit quoque mortalibus orati-
 onem, praestantissimum creatoris
 munus, quo a ceteris nos separavit
 animalibus. Quid enim esset ratio sine

oratione? Assiduum certamen improbusq;
 labor, quibus fessi succumberemus fatigatiq;
 Quam divina est illa facultas! Num tam
 praecolara et a divino, ut ita dicam, spi-
 ritu incensa ingenia surrexissent, quo-
 rum vis tam egregie sancteq; saepe in-
 fluxit influiteq; adhuc in mortalium vi-
 tam, homines si plane aliena carerent
 communicatione? — Nec durum crea-
 vit maximus Deus mortalium cor, in-
 didit illi praesertim mitem sanctumq;
 altae virtutis sensum, quo recte utens
 homo gradum saepe elicitari valet spi-
 rituum beatorum, est quem plane ne-
 gligens a fastigio pulchrae suae dig-
 nitatis ad gradum saepe ferarum e-
 veni deprimitur. — Liberrimum creavit ho-
 minem, ut recte aut male facere pos-

sit, apt, quod omnia sapientissime sane in-
 stituit, indidit etiam optimum numen mor-
 talibus naturalem nefandorum facinorum
 detestationem deditque nobis internum iudicem,
 quem nocte dieque gestamus in pectore testem,
 qui aequi contemptores scelerumque mole gra-
 vatos, summa excitatus vi, acerbissimis
 exanimat cruciatibus, qui vindex sem-
 per habitans sub alto pectore jubet see-
 lectos nocte dieque alto de corde imanes
 ciere gemitus et, cum mitis quies ocu-
 los uremit insantis, improbum diris
 execrari verbis diem natalem, scelera-
 tosque trepidare et ad omnia fulgura pal-
 lere cumque tonat, terreri primo quoque
 murmure caeli! Indidit quoque benignis-
 simum numen mortalibus conscientiam
 recte factorum, quae nos in omnibus
 periculis constantes fortesque stare, omnes

contemnere nequitiae minas, impedimen-
 ta vincere atrociam atrosq; sepulchri terro-
 res spernere docet! Sexcentis adhuc opti-
 mis praeditus est mortalis sensibus, sen-
 su amicitiae, quae tam dulci adstrin-
 git vinculo societatem humanam, quã
 in rebus humanis nil dulcius fidem a-
 mici pectore, sensu amoris, qui nos
 dulci irruptione tenet copula et ad pul-
 cherrima saepe incitat facinora sed,
 eheu, ad pravissima quoque, sensu mi-
 sericordiae, quae placato respiciens vul-
 tu flectiq; facilis nigra ad poenas ad
 praemia veloci est, sensu boni, recti,
 veri, pulchri magniq;! — Mortalium
 cor quoq; vexant affectus violenti,
 quibus tractus mentisq; verae voci
 aures obtuens mortalis eheu saepe

ruit in immum miseriarum gurgitem!

Tergo quaterq; beatum, cuius cor in violento illo affectuum impetu, sapienti rationis voci aures praebet lubentes, cuius mens animusq; vinculo sociati jugali invicem absenco se tequant clypeo insciotq; opponunt impedimenta, mens animo, si jam jam affectibus sese trahendum praebet, animus menti, si falsis et, ut ita dicam, sophisticis adducta sententiis, nefandis scelerum complexibus sese imifura est! Tu amici, qui duo corporibus, mentibus unus per asperam vitae viam incedentes sese mutuo adjuvant auxilio, quorum unus, alter si concidit, comiter illum subleuat atq; laetatur cum laetante lacrymasq; fundit cum lacrymas fundente, quibus plena est omni concordia

vita et stat ad finem longa tenaxq; fi-
des; sic mens animusq; vinculo soci-
ati jugali! — Ast nunc interrogo,
quem ad finem benignissimus nec non sapien-
tissimus Deus hominem, umbram sui, prae-
claris divinisq; illis instruxerit faculta-
tibus illamq; mortalibus indiderit dignita-
tem, quae tacere nescit foelera atq; alta
semper instat voce: "Homine indignum fe-
cisti aliquid!" cuius forti defensa tu-
tela innocentia, quam inspectatur in-
teste avidum scelus, huic invictiora in dies
opponit impedimenta spernitq; se speeni
pulchriorq; intaminato splendet honore?

Sapiens benignusq; numen illud est, quod
creatorem adoramus, sapiens ergo benign-
naq; debet esse destinatio nostra. Quae si
benigna est speratio quoq; gaudiis con-

juncta esse debet. liceat ergo mihi, omnes, qui-
bus gaudia comites, res fortesq; fatag; hominum
persecutari!

Adspicias, quaeso, divitis porticus alta,
aulas superbas equosq; proceros, qui mandant
spumantia aurea frena elata cervice superbi!
Nocte dieq; palatia auro residentia dulcisonae
resonant lyrae suavis bonis, lacto se tollunt
hospites saltu gemitosq; in poculis spumat im-
modicum merum; ferentis imperat servis
dives picta aureaq; incedens veste, qui via
auditis subito parent mandatis. viq; domus
imensas adhuc tenebit opes! — Num homo
igitur creatus est, ut immensas sibi para-
ret divitias, cum quibus, uti ostendimus,
multa conjuncta sunt sonantia gaudia?
Qui, de hoc sibi persuasum esse putant,
sane falluntur. Deus omnipotens quem
homines dilectos suos creasset, quem hu-
manum genus metam aliquam perficere

summo licet improboꝝ eluctari jussit
 labore, quisqꝫ etiam mortalium facultatibus
 instruendus ab illo fuit, quibus
 utens adjutusqꝫ in dies magis magisqꝫ
 metae praefixae adpropinquare valeat.
 Num in unoquoqꝫ pectore nurus altae
 virtutis sensus deletus est, ut quisqꝫ
 omnibus, quibus potest, facinoribus ni-
 tens Juretâqꝫ altâ rote factorum confri-
 entia improbas sibi corradere posset di-
 vitias? Quem ad finem internus ille ju-
 dex assiduus in pectore tunc creatus
 esset, qui vindex foelicitis serenas ex-
 citat curas, si pravis nitentes facino-
 ribus destinationi satisfacere nos oppor-
 teret? Num benignissimum numen quam-
 que hominum tam insignibus optimisqꝫ
 quae spondent excultam rationem, instru-

sit facultatibus, num cuiq; licet illis in-
 structo, data est occasio excolendi rationem,
 ut scientiis utens, civitatis patriae salutem
 provehens divitias licet modicas comparare
 posset? Et quot ac quam graves divitiis
 respondent curae, nisi sapientia virtuteq;
 edocti illis utamur! Et, hercule, qui
 illis imprudenter temereq; utitur, ad cu-
 ras doloresq; pungentes ab optimo numine
 notius creatus esset, si divitiae destinatio
 nostra essent illarumq; gaudia! Quae
 sane fragilitati obnoxia citius serius via
 nata evanescent saepiusq; dira, eheu, in
 illorum relinquunt uestigia corde, qui ri-
 mis avide in illorum complexum sese
 demiserunt! Putasne, sapientissimum
 numen hominem, imaginem sui, cre-
 asse, ut gaudia perciperet raducos
 saepiusq; noxia? Velle optimum

Deum, hominem gaudiis frui licet evanescentibus, ut illis delectatus veluti suavi florum odore, quos in via per vitam nasci iussit creator maximus, ad novos labores cursus recreetur, libens concedo! Atst re- go, ad illa maxime creatos esse mor- tales! Et sane gaudia illa minime de illorum genere sunt, quae fixam res- ciunt altamque semper in corde relinquunt conscientiam nec non memoriâ quoque vivunt proprio ~~per~~ labore proprioque comparata pudore. Et saepissime, quod dolendum est, in blandos illorum com- plesus ob hanc causam libens sese immittit dives, ut terribilis illius iudicis interni minas comprimat, atq; moenia, quibus sese defensurus est

a cruento illo invictoque hoste, sane infirmiffi-
 ma sunt! Licet dives luxuriâ diffluat, li-
 cet domus illius dulcisona~~ae~~ lyrae resonet,
 suavibus sonis, quisq; sonus, quem crebat
 vox canora aut qui e querula tibia
 blandivonus evanesco in auras, pro-
 bum curioq; liberum animum tam
 suaviter mulcet, terribiles motus in
 corde illius parat, quippe audire putat
 comitis illius affidui sonantia verba
 mirasq;. Pallor in ore sedet, macies
 in corpore toto, nusquam recta acies,
 quippe a puro pulchroq; sanctae inno-
 centiae oculo animadversus, territus
 vultus demittit miserandos putans,
 legere illam nefandos et pungeates
 suos in corde motus. Et, hercule, os vul-
 tuosq;

tuosq; perspicua signa sunt, quae conspi-
 ciens expertus homo vices nefandorum
 sensuum in corde scelesti noscere va-
 let. Quâ ergo ratione dives sceleratus,
 nequaquam divitiarum illarumq; (diviti-
 arum) gaudiorum moenibus defensus,
 suam ipsius ignominiam usquequaq;
 secum manifeste ferre condemnatus, si-
 veat in oruentum proelii tumultum,
 siue recedat in pinguissimos secessus,
 siue fugiat in vastas inhospitasq; so-
 litudines, siue immergat sese in ae-
 quora sonantium gaudiorum, siue ca-
 put cadat in atrae oblivionis nubes,
 comes it affiduo terribilis ille iudex
 poenaq; quae ocyor opinione, raro ante-
 cedentem scelestum deseruit pede claudo.

Iustissimus vindexq; ille comes amoenissimos
 hortos iuvundaq; prata mutat in atrâ deser-
 ta, gelidos fontes per murmura garrulas
 trahentes rindas, in spumantia flumina
 atq; torrentes, qui rauo cum murmure
 sonant; mutat ille iudea dulces illos
 sonos, qui ad altiora grauioraq; quin
 ad Deum omnipotentem saepe animum pro-
 sum, divino quasi spiritu afflatum effe-
 runt, in terribilem Dei vindicis vocem
 iubetq; si ians tranquillo et quasi an-
 gelico dormit vultu, improbum in som-
 nio videre atras illas tartari regiones, ubi
 labor et lacrymae et longa suspiria
 tractu et macies adiuuq; sui pallorq;
 ruborq; ! Haec sors civitis scelesti. At
 dives quoque probus non semper continuâ
 fruitur felicitate ! Perantâ celeritate a
 luctuosa virtutis via, quae multo luctuo-

fior divitiis redditur, in amoeniorem secleris reverti potest? Divitiae enim sumi materies mali. Sexcenta tentamina, pugnae, pericula, certamina cum illis conjuncta et raro ille, cui subito laetissimae contingere res et qui antea lubens erat virtutis discipulus, huic in omnibus, ut prius, adhuc paret rebus! —

Et quibus omnibus sequitur, non ad divitias illarumq; sonantia gaudia hominem, imaginem Dei maximi, creatum esse, quippe illa caduca sunt et mortales in viâ ad metam suam praefixam eluctandam potius impediunt, quam adjuvant. Divitias ad vitam sustentandam comparandi, officium esse, quisq; intelliget, sed justo modo et ne altiorum

graviorumque immemores simus! Ignoscatur,
 tam fusi abundeque de divitiis illarumque evanescentibus
 gaudiis mihi locuto, quippe omnes
 fere homines ad divitias opesque, splendorem
 externumque honorem aspirantes majoraque negli-
 gentes videmus, omnes fere illorum actio-
 nes, quaestiones verbaque vanas fortunas um-
 bras finem sibi ponunt, pauculi tantum
 tranquillo animo spectatores agentes bene
 perpendunt animoque, quae occurrunt, vol-
 unt attento. Ut in theatris, in hoc
 actores modo regum, modo pauperum
 personas agunt et in fine dejectis dia-
 demate centoneque nil illis relictum, nisi
 persuasio, se quondam luisse. Spectatores
 artem judicantes, pulchris saepius frumatur
 deliciis! Unum tantum intercedit
 discrimen, quod doleo, in theatris plures
 spectatores, in mundo vero plures actores.

Quem ad finem indidit naturae nostrae
omnipotens Deus affectus illos, quo-
rum blandae voci saepissime, eheu, ho-
mines tam lubentes parent? Quibus
frui mur illis indulgentes, num ad
illa gaudia nos destinavit maximum
numen?

"In caput alta suum (potius) laben-
tur ab aequore zetes

"flumina, conuersis solq; recurret equis.
"Terra feret stellas, caelum findetur aratro,
potius

"Unda dabit flammeas, et dabit ignis
aquas,
quam ut hoc credam. Adspicias libidino-
sum, ex uno in alterum sceleris comple-
sum sese demittit, sorbet dulce a blan-
dis illius labris venenum sibiq; placet in
complexu; aet debilitatur animi igneus
vigor, debilitatur corporis quondam vi-

rile robur, in quoque complexu fercenta bibit fe-
 mina putrium morborum tandemque in lectum
 prostratus nihil est in ~~illius~~ imagine virum,
 lumina maestis stant innotata genis inque he-
 meros cervicis collapsa recumbit flectiq;
 nequit morosq; ipsa horret, illum tangere,
 donec tandem nefandus ille crudeli mergitur
 funere! Dira sane fors! — Adspicias
 luxuriosum ventriq; deditum vinoq;, qui
 vivere putat, ut edat, nec, edere, ut vivat,
 nefando modo dignitatem suam altam
 pedibus, ut ita dicam, concalcat ferarumq;
 instar vitam degit!

——— Flominem cum vini vis penetravit
 "Acrio, et in venas discessit plurimus ardor,
 "Consequitur gravitas membrorum, praepediuntur
 "Cura vacillantis, tardescit lingua, madet mens,
 "Nant oculi, clamor, singultus, jurgia gliscunt."
 Et ut haec omittam, quot ac quanta pa-
 trat ebrius prava facinora sui impotens?
 Sed mosse genarum roseus quondam flos mar-

cegit vix natus!

Sed infra animal adhuc dignitatem suam deiecit famelicus stomachoque deditus.

— Petit ille dapes sub imagine somni

"Oraque vana movet, dentesque in dente fatigat

"Exercetque cibo delusum guttur inani:

"Proque epulis tenues nequidquam devorat ancas.

"Ut vero est expulsa quies, furit ardor edendi,

"Perque avidas fauces, imensaque viscera regnat.

"Nec mora, quod pontus, quod terra, quod

educat aër,

"Pascit et appositis queritur jejunia mensis;

"Inque epulis epulas quaerit, quodque urbibus esse,

"Quodque fatio poterat populo, non sufficit uni,

"Plusque cupit, quo plura suam demittit
in alvum.

Ast mox horrendo quodam modo natura
nimia onera, quae dedit ipsi ferenda,
ulciscitur, bestiae instar fata subit. Eadem
lethifera mala illis accidunt, qui irae,

vindictae, invidiae, avaritiae ceterisque, quo-
rum multitudinem numerare nequeo,
nimis indulgent foelibus. Quos inter
infelicissimus est ille, qui affectibus cor suum
ad invidiam trabendum praebet. Quippe len-
ta miserrimamq; tabe liquitur, ut glacies
intenso faucia sole, liveat rubigine dentes,
rigus abest, nisi quem visui movere dolores,
pectora felle virent alteriusq; rebus mar-
cescit optimis. — Sed, audio aliquem
dicentem, quem ad finem tunc natu-
rae nostrae inditi sunt ab optimo mi-
mine affectus, num in aeterna cum
illis pugna aeternosq; certamine vita
a nobis degenda est? Quem contra in-
terrogo: Uter felicior, victor an victus,
dominus an servus?

Historiam voloamus atq; revoloamus,

videamus quaeſo, uter beator, qui in pe-
 riculoſis illis horis affectuum ingenti impetu
 inuictus occurrebat, qui omnium contemptor
 minarum per viam vitae inceſſit, an, qui
 parens blandis infidiſi ſcleris illecebris ru-
 it per omne vetitum nefas fugientibus
 pudore veroque fideque? Inocentius Jane, pri-
 orem vera ſemper fruitum eſſe beatitu-
 dine, licet in carcerem miſſus ſit, ſpiſſa
 caligine ſeptum, vinctusque compedibus
 ferreis, interna quaedam vox ſemper e
 pectore verba haec mittit ſolati plena:
 "Indigna tibi accidit ſors", jubetque melio-
 ra tempora ſperare, in quibus morta-
 lium genus inſum in altiores pa-
 rioresque feret regiones ad fontem, ex
 quo pura largae compensationis gau-
 dia bibere valet!

Immortalitas animae, quam Dul-

cis, quam alta cogitatus! Quale dulce so-
 latum mittis in consternata illorum pecto-
 ra, quos premit dira nequitiae ira!
 Quos pulcherrimos aperis prospectus virtu-
 tis discipulis, qui graviter vulnerantur
 continuo fortunae adversae ictu! Quare
 sceleratus, si dira imminet mors, atto-
 nitus terretur crudelique mergitur funere,
 quare probus mortem, pulsantem taber-
 nam, comiter invitat: placidamque quies-
 cit morte? Immortalitas animae
 iustaeque compensationis cogitatio scele-
 rum terri probumque jubet caetari!—

Nos quoque interrogemus, utrum
 beatior nobis contigerit conscientia
 purioraque gaudia, gravi cum scelere
 pugna fortiter pugnata, an, cum lu-
 bentes aures illius dirae voci praebui-
 mus

mus facerem quodam cum impetu tracti fu-
 mus ad vetitum nefas? Quisq; sane fatebi-
 tur, virtutis altae discipulum scelerumq;
 contemptorem dicorum se dulci puraq; frui-
 tum esse beatitudine! Quin scelestus modo
 si semel tantum e blando ereptus sceleris
 compleau virtutis sese commisit forti tu-
 telae, lubens concedet, virtute benignâ
 duce se demum didicisse, quid sint gau-
 dia pura beataq;, virtutis alieno te-
 ctum clypeo demum se edoctum esse, quam
 celeriter evanescant caduca illa scelerum
 gaudia, quamq; atrocem irrequietamq;
 poenitentiam in corde illorum relinquunt,
 qui temere affectus suos violentos sce-
 lerum malesanae libidini regen-
 dos praebuere! ~

Virtutis gaudia, pretiosum, divinum mu-
 nus, quo praestantius nullum, quid esset
 homo vobis carens? Quid hominum vita?
 Vos Deus hominum amantissimus de coe-
 lo misit felices redditura mortales!
 Qui atrocem cum scelere pugnam mini-
 me fortiter pugnavit et nunquam vo-
 bis perfruitus est, nunquam vivit
 vitaeque pretium nescit! Vobis perfruens
 homo ad spiritus usque beatos magno
 prosperoque cum impetu sese attollit vosque
 saepissime mortalibus piis puram
 licet obscuram Dei infiniti ostendit
 effigiem! Vos ut praestantiora prae-
 clarioraque redderet Deus, per vos ut
 homini beatior contingeret vitae u-
 sus, mortalibus illos indidit Deus

omnipotens violentos affectus, a quibus
 temere tracti ad pernicioſa facinora in
 magnam ſæpiſſime ruimus miſeriarum
 molem, quos vero coërcentibus nobis
 ſyderum veſtrum ſplendet lumen be-
 atiorq; contingit vitæ uſus! Probo,
 quem diu perſecuta eſt dira ſceleſtorum
 nequitia fataq; tetigere impia, comites
 itis in avium moeſtumq; deſertum, quin
 in fortem ultimam rerum! Vos pios
 forti dulciq; defenditis tutela pulcher-
 rimaq; in corde ſenſu dulciſſimaq; in
 pectore conſcientia multos toleratos com-
 penſatis dolores! Vos probris aſperam vi-
 tæ viam molliorem redditis, vos ſpina-
 rum, quibus obſita eſt via, vulnera
 ſpernere docetis juſtum ac tenacem

propositi virum, vos probis, qui per
 viam vitae incedentes saepius horrent a-
 tras insurgentes tenebras, pulcherrimum
 exhibetis lumen. Cui amica luna viato-
 ri, qui tristis sollicitaq; manu tenebras
 atras explorans incedit et cuius conster-
 natum pectus pallidâ tremulaq; luce subi-
 to origitur. Vos sola finem nescitis
 sepulchro majora nec ulla dies un-
 quam mortalibus vos eximet vis,
 nec ignis nec poterit ferrum nec e-
 das abolere vetustas!! Vos estis
 sancta aeternaq;, aeterna ut Deus
 aeternus, sancta, ut ille! Ad
 meliorem sui partem excolendam,
 maxime vero ad virtutem exercen-
 dam atq; hac luce vobis versuendum
 illiq; in alta regione se dignum redder-
 dum, homo a maximo Deo in terris de-
 stinatus.

Expressi nunc diligentia, qua potui,
pura virtutis gaudia ostendi, dulcem
hominis destinationem esse sanctam, in-
dulsiſſe vos juvenili animo, spero.
Ut pauca adhuc moream:

Pulchra aetate ergo hominis destinatio
est, ergo etiam digna improbo labore
continuoque sudore. Quippe quo gravior
cum scelere pugna, eo dulciora vir-
tutis gaudia. Plerosque pugna, in
qua multi cecidere viri fortes ou-
neraque magna cum vi utrimque mixta
sunt, laetior discedit victor, quam
ex illa, quam cum ignavis pug-
navit, quos primus fere herois con-
spectus pallentes fugavit!

Cor tuum, mortalis, in metuen-

dis illis horis ad vitia saepe tam propen-
sum, mihi benignoq; rationis monentis
ductu regere edocearis; rationem, crimen
aliquod excusaturam, certâ aliorum
illorum sensuum naturalium voce ca-
ptiges neque erectae tuae dignitatis
immemor ferarum induas naturam!

Operam demus, ut nos, obscuram
licet imaginem numinis maximi,
secundum creatoris nostri purissimum
exemplar efformemus, licet nobis
perguasum sit, inter efformatissimos
nos purissimumq; illud exemplar,
infinitum immensumq; adhuc interja-
cere spatium! — Constituamus nobis
ante oculos, illius sanctitatem, benigni-
tatem, amorem, misericordiam, justiti-
am

tiam ceterasq; pulcherrimas qualitates,
 studeamus puram sanctitatis vestem
 induere, hoc est, in dies magis ma-
 gisq; ab omni removeri scelerum, ni-
 tamur, benignos evadere, optima
 quaeq; societatis humanae velle sem-
 perq; maximo cum certamine illius sa-
 lutem curare; complectamur fratres
 nostros sancto amoris vinculo, quip-
 pe amor unicum firmissimumq; so-
 cietatis humanae vinculum hocq;
 soluto mundus interiturus est!

Simus nigri ad poenas veniaeq; para-
 ti cumq; triste aliquid statuimus, fi-
 amus tristes et ipsi, est, si res co-
 possicant, omne etiam nefas e socie-
 tate humana removere sanctamq; in-

nocentiam forti defendere tutela nitamur!
 In ceteris quoque virtutibus numen aeternum
 ad imitandum ante oculos nobis ponamus,
 quippe deus infinitus purissimum exem-
 plar fidissima dignum imitatione!!

Traquilli tunc perfectionem melioris no-
 strae partis curare, ut fortes nos constan-
 tesque contra foederis insidias praestemus,
 tunc fidissime sanctae destinationi
 satisfacere valeamus, nos virtus fato-
 rum domitrix alienos tegens elypeo
 purissimis beatos reddet gaudiis, nos
 quondam mortalium Genius proffero
 cum impetu feret in altiores purio-
 resque regiones ad fontem, ex quo dulci-
 ora pulchrioraque adhuc gaudia vale-
 mus haurire!!

122

724.

ab

atque

2125
Oratio de Praejudiciis
habita

ab Augusto Henrico Medicus. Aud. Theol.

VI^{to} a. Calend. Decembr. M.D. CCCIV.

atque summe venerandi Directoris benevolentia
in hac charta inscripta.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]

In eo
 Ben
 com
 qua
 ente
 le no
 mila
 citas
 Cuiq
 tota
 infu
 nos de
 bonar
 pro
 cium
 tate

Director graviosime!
Socii ornatiosimi!

In creaturarum scala magnum nobis delegavit
Benignissimus gradum, virtuti et veritati
comparandae nos destinans. Quodvis bonum
quaecumque felicitas sequitur inde. Ad virtutem
eritentes supra turpem egoismum et alia anima
le non homine digna vitia erecti, summo aspi-
milamur Deo virtuti, asimilamur Deo. Et ve-
ritas, - nonne et haec felicitatis creatrix!
Cuique fini, nisi veritati comparandae, esset
datata mens, Dei effigies! Interior veritatis
sensus summum humen et benignum esse patrem
nos docet, et bono gusto comite in scientiarum
bonarumque artium regno semper nos longius
producit. Num fodalitium, fides, comer-
cium et probitas inter mortales sine veri-
tate constarent! Utique Virtus et Veritas
supra

animalia nos efferunt. Veritatem perscrutantes felices reddimur. Nonne scelestos homines, quae pauperibus opprimendis comparauere fortunis obrutos videntes, nonne Dei iustitiam sperare essemus coacti, nisi nec honore, nec diuitiis, sed benefactorum conscientia et virtute constare veram felicitatem persuasi essemus. Ne eam in vanis, quae terra porrigit, bonis, sed in aeterna quaeramus fonte. Sed secentorum hominum vota nil nisi diuitiae, honos. Sexcentorum mens prohibetur, ne in hominum sortem liber sit conspectus. Sexcenti non adeo ex culti sunt, ut vera Dei, virtutis, ejusque pretii eis nasceretur idea. Quaeenam vero sunt haec impedimenta, quae

quae, culturae pulcherrimos destruunt fructus! — Superstitio et praesudicia sane gravissima sunt; haec enim cum homine fere nata cum homine et crescunt et plerumq[ue] modo cum vita eum deserant. Menti ut aiunt iisdem effectibus noxia uberrimus errorum fons sunt, qui in exitia nos ducentes vitia a destinatione nos remonent. Non singuli modo homines, sed totae gentes, quaevis ordo, quaevis secta praesudiciorum sentit flagellum, quo commercium, dissentientium tolerantia et sodalitium destruuntur. Sane attentione digni effectus. Quare tua, Director Gravissime pace, et vobis, Dilectissimi mi sodales, non discordibus verba faciam.

De praesudicio.

Dioferam

Disseram in prima parte: de origine et
propagatione praejudiciorum et
in secunda de eorum effectibus.

Paro 1^{ma}.

Praejudiciorum ortus in teneros incidit
annos. Solum animal nascitur homo, et
tantum externis impressionibus excitata
mente et iudicio ex animale fit homo. In
teneris modo aliorum imago humana
mens, a parentibus, praeceptoribus et
amicis fovebitur caelatur, atque forni-
tur. Velluti tabula rasa omnia excipit
atque, ut speculum imutata reddit.
Omnes suae notitiae alienarum idearum
effigies sunt, ita ut omnia pene iudi-
cia sua praejudicia sint, e. f. taliaque

sine ulla cogitatione capiuntur. Sin de
 nique paulatim exculta cogitandi vi, men-
 te et iudicio sui ipsius instat explorati-
 onem, minimam notitiarum partem sibi
 ipsi et maximam alienae sese debere ope-
 rae, et super fundamento alieno posito
 manibus sese aedificasse domum caduam
 sibi docere erit coactus. Sin et firmum
 sibi proposuit consilium, praecipuo-
 rum sese eripere vi; nova jam praecipua
 libera eum prohibent sui ipsius explo-
 ratione. Propriis, siue veris, siue imagi-
 nariis praecipuis virtutibus, maxime
 suarum notitiarum sibi denegare par-
 tem, seque, pene ut est, alienum esse o-
 pus, sibi ipsi fateri ei non lubet. His
 additur adhuc immodica in eos, qui
 bus

bus primam debet eruditionem, fiducia
omnia ab illis orta pro veris assentans
et varia e quibusdam praedictis em-
nancia commoda, quae veritatem obli-
gunt, et praedictorum imperio cum
subditum reddunt. Quo modo homi-
nes ex uno praedictio invidunt in
aliud; alterum dignitur altero, et terri-
bili serie per vitam nostram comitan-
tur.

Pars II^{da}.

Praedicta veluti materna lacte
imbuta omnibus hominibus tantum
varie partito modo et effectibus ex-
posita, facile intelligendum est. Nulli
ordini, nulli aetate parcitur. Omnes
terrae incolae hujus flagelli sentiunt
plagas. Dum Anglia sempiternis ho-

sibus infestata internis turbatur fertis
 nibus, tamen Britannis Rei publicae sua
 conditio semper videtur optima. Incola
 Sinae, quamvis longius adhuc ab altiore
 remotus animi culturae gradu artibus
 et scientiis omnes ceteras se vincere gentes
 putat. Tali modo quicvis populus, sive
 agricultura, sive artibus, sive scientiis
 et commercio alios excellere opinans
 cuius alienigenae emendationi terram oc-
 cludit. Ita et Dissidentes Dei cultores
 Quaevis secta, quae sola beatos nos reddere
 doctrinam possidere putans Dissidentium
 ter ad aeternam condemnat infelicitate
 tem. Iuvenes sibi videntur prudentiores
 senibus, qui e contrario consilium sem-
 per offerentes et variae innisi experien-
 tia omnia vituperant. Quoque ocula
 vertat;

veritas, praesudicia tibi offeruntur. — Et ohi qua-
 lia sunt eorum effecta! Pene semper ad erro-
 rem ducentia humanae mentes, et scientias ip-
 sas diruunt, et utilissimas mentem et animum
 occulcentia impressionibus totarum gentium
 saepe evertunt felicitatem. — Contem-
 plum praecipua quaedam praesudiciorum
 effecta. Modo rarissime ad veritatem du-
 cunt. Sin etiam quemdam hominem, —
 exemplum adferam, — nobis plane ignotum
 probum esse forsitan modo ex physiognomia
 colligimus et non fallimur, tamen hoc
 cuiquam commodum ^{per} magnum e praesudiciis
 manantem detrimentum non superat. La-
 enim sunt abereimus succentorum erro-
 rum fons. Quid est, quod iis magis libe-
 rum in historiam et scientiarum bona,
 rumque artium regnum prohibeat pro-
 hibeat prospectum? Doctus ille vir, pae-
 captus caro systemate omnia ei non con-

venientia simpliciter reprobatur, dum alius
 quasdam potentias, et quaedam dicta
 soia ratione pulchra, bona et vera esse
 attestat, quod ille vir auctor est. Tenuerunt
 ta utilia inventa fructiferaque emendati
 ones in civitatis forma, commercio, omni
 busque artibus mox progenitae jam op
 primantur, quod tempus, quo ortae erant
 aut novissime, aut multis jam ante annis
 perfluxum erat. Utique adeo saepius
 praesudicio capti sunt mortales, ut
 libentius certissima comoda, quam praesu
 dia abjiciant. - Et in commercium
 sese extendunt terribilia praesud. effec
 ta. Modo mutua regnorum aemulatione
 cujusvis civitatis industriam augeri,
 satis elucet. Si vero civitas quaedam
 praesudicio propriarum rerum capta
 modo sua producta egregia esse putent


omnem cum aliis regionibus. communi-
cationem interdicit, hęcule incolę
in agricultura industriaque aliis par-
tibus non valde progredientur.

Sed æque solidum et. Detrimēto potius
illi contrarium præjudicium, præju-
dicium alieni. Nonne omnis opprime-
tur domestica industria, si propriis
productis plane neglectis modo alie-
nigena pulchra et egregia cose assi-
mantur modo ea ratione, quod hinc
illic fabricata sunt. Quam inhonestum
erat novissime modo perfluxo seculo
doctis Germaniæ viribus, postposita
lingua vernacula modo latine, -quam
inhonestum nostra ætate optimati-
bus atque principibus modo galli-
ca legere, et gallice modo loqui.

Sed non solum mens, sed etiam animas sensusque praejudiciorum subditi sunt imperio. Quidam tibus sapius, quaedam musica sonora saepius ad id nobis videtur, quod ab illa, vel hac gente comendabatur. -- Quin, horresco referens, - bella jam orta sunt praejudicis. Si religionis praejudicia non extitissent, historia non triginta annos perdurantis belli, non Parisiarum memor esset nuptiarum sanguinearum. --

Desinem haec terribilia describere effecta; nam omnia enumerandi non unius horae, sed diei minime ut mihi descriptum sit tempus, necesse esset. Haec execrabilia extinguendi effecta cujusvis mortalis sanctissimum

esse officium, - quis est, qui neget. Sed con-
 suetudine usus et quaedam e praesud. e.
 manantia comoda valde nos impediunt.
 His obstaculis abriti primum fit of-
 ficiam, iisque, qui praecipue de hac re
 meruerunt, gratias agere, maxima no-
 bis videatur gloria. - Philosophia
 aeterna tu veritatis mater, omnibus
 ergo sis magna, sancta, honore digna.
 Gratias ergo vobis, meritisissimi viri
 quibus veram debemus Philosophiam,
 gratias summas, tibi, Sir. Grao. sum-
 me venerande vir, qui nobis im-
 buis Philosophiam! —



lib. de
rejudic
sicut
in fit of
hac re
ima no
p hia
in bu
dign
in viri
hac
o. ju
i. im

